II. sum: qua est ipse sagacitate in his rebus; Verr. I, 105.

sagatus, im Mantel, Soldatenmantel: alqs: sic existimatis eos hic sagatos bracatosque versari ..? Font. 33. ut ... cras sagati prodeamus; Phil. XIV, 2.

sagax, ſcharfſinnig: quem (M. Marcellum) tu ... ad suspicandum sagacissimum ... fore putasti; Catil. I, 19.

sagina, Fütterung: qui multitudinem illam non auctoritate sua, sed sagina tenebat; Flacc. 17.

sagino, mäſten: qui ab illo pestifero ... civi iam pridem rei publicae sanguine saginantur; Sest. 78.

sagitta, Pfeil: I. pendent: sagittae pendebant ab umero ‖ humero ‖; Verr. IV, 74.

II. cum: cur homines ... barbaros, Ityraeos, cum sagittis deducis in forum? Phil. II, 112.

sagittarius, Bogenſchütze: I. tenent: certum agminis locum tenebant barbari sagittarii; Phil. V, 18.

II, 1. redigo: quod C. Caesar ... equites, sagittarios, elephantos in suam ... potestatem redegerit; Phil. V, 46.

2. queror de: neque putavi, cum omnibus machinis ... oppugnarer, de uno sagittario me queri convenire; Sest. 133.

sagulum, Reiſe-, Kriegsmantel: quibus (togulis) illi acceptis sagula reiecerunt; Piso 55.

sagum, Reiſe-, Kriegsmantel: I, 1. flagito: qui ... arma, saga, bellum flagitaverunt; Phil. VII, 21.

paro: vos saga parate! Phil. VI, 9.

sumo: sagum sumit; Verr. V, 94. saga sumi dico oportere; Phil. V, 31. saga sumi dixi placere; ib. VI, 2. saga cras sumentur; ib. VIII, 6. idcircone saga sumpsimus, ... ut ..? ib. XII, 16. te non intellegis ... sagis .. sumptis hostem iudicatum? ib. XIII, 23. hoc ... ne dis quidem .. gratum (est), ab eorum aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere; ib. XIV, 2.

2. sum in: cum est in sagis civitas; Phil. VIII, 32.

eo ad: est ... decretum, ut ... ad saga iretur. ibitur; Phil. VI, 9. propter cuius periculum ad saga issemus; ib. XIV, 1. ne memoriae ... prodatur propter unius civis periculum populum Romanum ad saga isse; ib. 3.

II. princeps: ego princeps sagorum; Phil. XII, 17.

sal, Witz: aliquid .. salis a mima uxore trahere potuisti; Phil. II, 20.

saliatus, Salieramt: quod illum ... in saliatu ... meminerat fuisse patricium; Scaur. 34.

salictum, Weidengebüſch: accedunt ‖ accedent ‖ (eo) salicta ad Minturnas; leg. agr. II, 36.

salsus, ſalzig, witzig: alqs: quamvis salsa ista Sarda fuerit; Scaur. c. 4, § 6.

homo: adhibes ioci causa ... rhetorem, ... salsum omnino hominem; Phil. II, 42.

saltatio, Tanz: tempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio; Muren. 13.

saltator, Tänzer: I. terret: quem (equestrem ordinem) quidem in contionibus saltator ille Catilinae consul proscriptionis denuntiatione terrebat; Planc. 87.

II. appello: saltatorem appellat L. Murenam Cato; Muren. 13.

conicio: saltatores, citharistas, totum denique comissationis Antonianae chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse coniectum! Phil. V, 15.

habeo: quod si saltatorem avum habuisses neque eum virum ..; Deiot. 28.

voco: non debes ... temere consulem populi Romani saltatorem vocare; Muren. 13.

III. virtus: cur in lustris et helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessavit? sen. 13.

IV. cum: non existimo Campanum illum consulem cum saltatore conlega ... illos tam cupidos liminum meorum ... fuisse; dom. 60. quid? ... quod ... Samothraciam te primum, post inde Thasum cum tuis teneris saltatoribus ... contulisti? Piso 89.

saltatorius, zum Tanz gehörig: cum (conlega tuus) suum illum ‖ illum ‖ saltatorium versaret orbem; Piso 22.

saltatrix, Tänzerin: tu ... cum illa saltatrice tonsa senatum populi Romani occasum ... lugere vetuisti; Piso 18.

saltem, wenigſtens: adfero: apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ... ut ... supplicii aliquam parvam moram saltem posset adferre; Verr. V, 165.

conservo: in quo (exitu) reliquos saltem civis incolumis licet conservare; Verr. V, 152.

conticesco: ut ne unam quidem horam interesse patereris inter meam pestem et tuam praedam, saltem dum conticisceret illa lamentatio et gemitus urbis; sen. 17.

delibero: ut saltem deliberare plebes Romana possit, quid intersit ..; leg. agr. II, 66.

dico: uti ... diceret saltem quantum pecuniae Malleoli deportasset; Verr. I, 92. aude hoc saltem dicere, quod necesse est! ib. V, 45.

Digitized by Google

exhibeo: fratres saltem exhibe! Flacc. 35.
facio: quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit; Verr. III, 128.
fingo: finge aliquid saltem commode! Sex. Rosc. 54.
parco: parcite oculis saltem meis et aliquam veniam iusto dolori date; Phil. XII, 19.
prosequor: itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando, at ominibus saltem bonis ... prosequebantur; Piso 31.
queror: ac de his tamen legibus, quae promulgatae sunt, saltem queri possumus: de eis, quae iam latae dicuntur, ne illud quidem licuit; Phil. I, 25.
relinquo: si cetera amisimus, hoc saltem ut nobis relinquatur; Milo 6.
respicio: saltem populi Romani commoda respicite! Verr. III, 127.
revertor: quo provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur; leg. agr. III, 1.
sum: si in nobis essent saltem mediocria; Quinct. 2. in quibus si moderatio illa, quae in nostris solet esse consulibus, non fuit, at ... fuit incessus saltem Seplasia dignus; Piso 24.
taceo: ut doceam Rullum posthac in eis saltem tacere rebus, in quibus ..; leg. agr. III, 4.
video: si nihil aliud, saltem ut eum ... paulo tamen obsoletius vestitum videret; Verr. I, 152.

salto, tanzen: I. unperſönlich: quibus ille studiis ... se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis ... uteretur ..; Deiot. 28.
II. alqs: cum accubante praetextato praetoris filio in convivio saltare nudus coeperat; Verr. III, 23. nemo .. fere saltat sobrius; Muren. 13. ait ... Deiotarum ... in convivio .. nudum saltavisse; Deiot. 26. Deiotarum saltantem quisquam ... vidit umquam? ib. is ea existimatione eaque aetate saltavit? ib. 27.
conlega: cum (conlega tuus) .. ipse nudus in convivio saltaret; Piso 22.
pueri: hi pueri ... non solum amare et amari, neque saltare et cantare, sed etiam sicas vibrare ... didicerunt; Catil. II, 23. quod (pueri) nudi in conviviis saltare didicerunt; ib.

saltus, Waldgebirge, Schlucht, Trift: I: 1. addico: alter pecore omni vendito et saltibus prope addictis pastores retinet; Fr. B. VIII, 11.
2. adduco in: adducit iste interea in saltum homines electos; Tull. 18.
deicio de: de saltu deicitur Quinctius quo die? || Quinctius. quo die? || Quinct. 79. deicitur de saltu ... pridie Kalend. intercalaris; ib.
detrudo de: de saltu agroque communi ... detruditur; Quinct. 28.
eicio ex: ex hoc ipso saltu ... servos privatos Quinctii omnis eiectos non esse; Quinct. 90.
habeo in: quas (familias) in saltibus habent; imp. Pomp. 16.
II. in: quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? Quinct. 79.

saluber, heilſam: sententia: dixi (sententiam) rei publicae saluberrimam, mihi necessariam; dom. 16.
spectaculum: ut spectaculum illud ... re et tempore salubre ac necessarium videremus; Fr. B, VI, 20.

salubritas, Geſundheit: I. peto: a vobis salubritas quaedam, ab eis, qui dicunt, salus ipsa petitur; Muren. 29.
II. superbus: Campani semper superbi ... urbis salubritate, discriptione, pulchritudine; leg. agr. II, 95.

salum, Meer: relinquo in: quadriremem-que fluctuantem in salo reliquerat; Verr. V, 91.
restituo in: ut a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem; Caecin. 88.

salus, Wohl, Heil, Glück, Rettung, Gruß: I. **abſolut:** 1. **Subject:** cogit: proinde quasi ... alio modo sit constituturus aut de religione pontifex aut de re publica civis quam eum aut caerimoniarum ius aut civitatis salus coëgerit; dom. 31.
concitat: quem (concursum) mea salus concitarat; Milo 38.
consistit: qui hoc existimant, ... rerum fortunarumque suarum salutem in istius damnatione consistere; Verr. II, 16. cum in eo || eo || (interitu tuo) salus et vita optimi cuiusque ... consisteret; Phil. III, 19.
convertit: ad quam (partem) nos illius rei publicae) utilitas salusque converterit; Planc. 93.
deest: rei publicae salus deerit; Verr. III, 207.
est: nulla salus rei publicae maior est; div. Caec. 71. putavi, speravi, etiam si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certe caram futuram; Flacc. 103. mihi cuiusquam salus tanti fuisset, ut meam neglegerem? Sulla 45. M. .. Calidius ... sententia sua quam esset cara sibi mea salus declaravit; sen. 22. cum tibi salus esse in otio nulla posset; dom. 13. me propter salutem meorum civium, quae mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem ... fugisse; Sest. 45. optimorum civium salutem et dignitatem populo Romano caram esse universo; ib. 125. cui (viro) patriae salus dulcior quam conspectus fuit; Balb. 11. si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod ..; Planc. 1. video ... neminem cui mea salus non cara fuerit; ib. 2. quod eis (bonis) aeque mea salus cara fuerit; ib. 67. quae (salus mea) tibi carissima fuisset; Milo 68. nullius .. salus curae pluribus fuit; Phil. II, 104. quibus cum Bruti salus cara sit; ib. XI, 38.
interit: cum ... salus urbis atque exercituum nostrorum in posteritatem istius avaritia interierit; Verr. III, 127.
nititur: cuius in vita nitebatur salus civitatis; Milo 19.
pendet: quae (salus) spe exigua extremaque pendet; Flacc. 4.
poscit: quid communis salus, quid rei publicae tempora poscerent; Flacc. 98.
postulat: quod non persequar longius, quam salus huius et mea fides postulabit; Sex. Rosc. 83. non quo mihi fas sit quicquam defugere quod salus Plancii postulet; Planc. 56.
potest: quae (memoria) plus apud eum possit quam salus civitatis; Phil. V, 51. ſ. tuetur.
praestringit: praestrinxerat aciem animi D. Bruti salus; Phil. XII, 3.
tuetur: Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest; Font. 21.
valet: fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adulescentiam filii ... plus valuisse quam utilitatem salutemque provinciae; Verr. V, 22. si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus ... valuisset; imp. Pomp. 53.
venit: cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret; Sex. Rosc. 16.
2. **Prädicat:** sum: P. Lentulus consul, parens, deus, salus nostrae vitae, fortunae, memoriae, nominis, ... nihil humanarum rerum sibi prius quam de me agendum iudicavit; Quir. 11. si mors

Digitized by Google

P. Clodii salus vestra fuerit; Milo 6. confectio .. huius belli est D. Bruti salus; Phil. XIV, 1.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** abicio: multo citius meam salutem pro te abiecero quam Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae; Planc. 79.

accipio: audierat ex illo se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis; dom. 134. ab hoc accepta (est) iam salus; Phil. V, 49.

adfero: sin autem vos ... salutem orbi terrarum attulistis; imp. Pomp. 64. cum ... salutem populo Romano attulisset; Milo 63. quam tu salutem rei publicae attulisti! Phil. III, 27. cum salutem populo Romano ... adferret; Fr. B. VI, 14.

ago: agitur salus sociorum atque amicorum; imp. Pomp. 6. (agitur) Cn. Plancii salus, patria, fortunae; Planc. 79.

amitto: salus esset amissa omnium una nocte, nisi esset severitas illa suscepta; Sulla 87.

antepono: ut homines Galli ... vestram .. salutem suis opibus anteponerent; Catil. III, 22. cuius (patriae) salutem caritati anteponit suorum; dom. 98. cur ego non ignoscam, si anteposuit suam salutem meae? Piso 79. si ille retentus a cuncta Asia supplice ... anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae; Scaur. 35. non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriae; Ligar. 28.

appello: me suam salutem appellans ... mihi ad pedes misera iacuit; Verr. V, 129.

commendo: quorum salutem tali viro commendetis; imp. Pomp. 13. cum tuae fidei ... salutem urbis et civium commendabam; Flacc. 102. senatus ... salutem (meam) vobis, municipiis, coloniis omnibus commendavit; Quir. 15. quo (senatus consulto) mea salus omnibus est gentibus commendata; Planc. 78.

committo: ut ... omnium civium salus, ... fortunae, domicilia vestrae sapientiae ... commissa creditaque esse videantur; dom. 1. quibus (populus) salutem suam committi putat; Planc. 7.

complector: omnium salutem civium ... res tuae gestae complexae sunt; Marcell. 25.

coniungo: ſ. **coniungo** salutem (5 St.) B. I, S. 625, a. — conservo: ſ. **conservo,** II. salutem (9 St.) B. I, S. 642, b.

constituo: ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur; Verr. II, 8. cuius lege salus ... populo Romano atque omnibus gentibus constituta est; imp. Pomp. 57.

contineo: qui non intellegat tua salute contineri suam; Marcell. 22. quibus (intercessionibus, religionibus) rei publicae salus continetur; Phil. I, 25.

credo: cui salutem suam credidit? Cael. 57. ſ. committo.

custodio: de me uno patres conscripti decreverunt, ut, qui provincias ... obtinerent, ... salutem et vitam custodirent; Sest. 128. cum propter egregiam ... Cn. Plancii .. in mea salute custodienda fidem tam multos et bonos viros eius honori viderem esse fautores; Planc. 1. cuius misericordia salus mea custodita sit; ib. 3. nulli parietes nostram salutem ... custodient; Deiot. 30.

defendo: ſ. **defendo,** III. salutem (18 St.) B. II, S. 45, a.

defigo: ut ... omnem memoriam temporum praeteritorum, salutem praesentium ... in hoc uno iudicio positam et defixam putetis; Flacc. 3.

denego: quis tibi ... quemquam bonum putaret umquam non salutem, verum honorem ullum denegaturum? Flacc. 102.

deposco: a quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti ... depoposcit, ut eam non solum commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret; Phil. XIV, 5.

deprecor: cum ad fratris salutem a populo Romano deprecandam venisset; Sest. 76. L. ipse Metellus ... deos .. constituisse ... videtur in vestro conspectu, .. ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur; Scaur. 46.

desero: ego meam salutem deserui; sen. 6. optime de me meriti salus deserenda (est); Planc. 6.

despero: ante ... quam honestis iudicibus nocentium salus desperata est; Phil. V, 15.

dico: Timarchides Verris accensus Apronio [salutem dicit]; Verr. III, 154. P. Servilius Rullus, tribunus plebis, X vir, s. d. Cn. Pompeio, Cn. f.; leg. agr. II, 53.

do: ſ. **do,** III. salutem (8 St.) B. II, S. 146, b.

expedio: ut ... omnis honesta ratio esset expediendae salutis; Milo 10.

exstinguo: in iudicio ... numquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius ... salutem exstinguendam; Milo 5.

fero: quae (vox) saepe multis ... opem ... et salutem tulit; Verr. V, 147. huic profecto ipsi et opem et salutem ferre debemus; Arch. 1.

flagito: numquam meam salutem non ab eis consulibus, qui vendiderant, flagitavistis; sen. 3.

impedio: qui cum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt; leg. agr. II, 7.

includo: in qua (salute) etiam suam esse inclusam videbat; Deiot. 11.

iudico: nec enim nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem ... patriae legem sanctissimam et morem optimum iudicavit; Phil. XI, 27.

invenio: ſ. IV, 1. memoriam.

mitto: unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est; Sulla 23.

neglego: an tibi ... salus provinciae ... in posteritatem fuit neglegenda? Verr. III, 43. ‚si propter invidiae || invidiam || aut alicuius periculi metum salutem civium tuorum neglegis'; Catil. I, 28. mihi cuiusquam salus tanti fuisset, ut meam neglegerem? Sulla 45.

obtineo: quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus; Cluent. 155.

offero: ex quo (indicio) oblata salus esset omnibus; Sulla 42. qui (cives) auderent se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis; Sest. 1.

oppugno: ſ. impedio.

pario: dum modo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur; Catil. IV, 1.

periclitor: non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae; Catil. I, 11.

permitto: quoniam ... salus rei publicae vestris manibus suffragiisque permittitur; Rabir. 5.

perscribo: ut nemini sit triumphus honorificentius quam mihi salus restitutioque perscripta; Piso 35.

peto: a vobis salubritas quaedam, ab eis, qui dicunt, salus ipsa petitur; Muren. 29. hic .. T. Ligarius ... nunc a te supplex fratris salutem petit; Ligar. 36.

pono: cum in eo (consule) liberando salus sit posita rei publicae; Phil. XI, 21. ſ. defigo.

praefero: ego me ... statui ... salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus ... rationibus praeferre oportere; imp. Pomp. 71. qui ... et dissensioni nostrae et precibus tuis salutem ... meam praetulisset; dom. 7.

praepono: cum Ser. Sulpicius ... salutem rei publicae vitae suae praeposuerit; Phil. IX, 15.

Digitized by Google

precor: utrum tandem bono viro ... optabilius putas sic exire e patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, ... an ... ut omnes exsecrarentur, male precarentur? Piso 33.

probo: quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari? Milo 81.

prodo: ut ... pulchritudine eius incensa salutem viri proderet; Verr. IV, 39. cum ... prodebas caput et salutem meam mercede provinciae; Piso 56. non metuo ne is ... prodat salutem suam; Phil. XIII, 16.

propono: an ... cum tempestate pugnem periculose potius quam illi (navi) salute praesertim proposita obtemperem et paream? Planc. 94. cum alteris ... rei publicae salus proposita sit; Phil. XIII, 47.

puto: nunc tibi ego ullam salutem ... putem? Verr. V, 150.

recupero: cum ipse eius opera et dignitatem et salutem recuperarim; har. resp. 5.

reddo: ſ. **reddo,** II. salutem (6 St.) S. 253, a.

redimo: auctores redimendae salutis; Verr. II, 69.

reficio: in ... reficienda salute communi omnia reperientur P. Sestii facta, dicta, consilia versata; Sest. 15.

reperio: neque enim salus ulla rei publicae maior hoc tempore reperiri potest; Verr. I, 4.

repono: cum omnes ... homines, qui in salute rei publicae salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent; Rabir. 20.

respicio: sin autem aliquando ... respicio etiam salutem cum meam tum meorum; Planc. 91.

restituo: utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ..? dom. 75.

retineo: quibus auctoribus ... omnium tum salus esset non civium solum, verum etiam gentium defensa ac retenta; Flacc. 2.

suscipio: videbam ... neminem umquam fore qui auderet suscipere contra improbos civis salutem rei publicae; Sest. 49.

tego: quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia ... texisset; Planc. 1.

teneo: nisi hoc loco ... salutem nostram ... tenuerimus; Flacc. 4.

trado: cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates; prov. cons. 2. ſ. abicio.

tueor: cuius (Cn. Plancii) ego salutem non secus ac meam tueri debeo; Planc. 3. mene non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? Milo 102.

vendo: qui ... salutem meam ... vendiderunt; Quir. 21. cui tu ... salutem civitatis ... provinciae praemio vendidisti; Piso 15.

vexo: ante ... quam perpetuam populi Romani salutem ... vexarint; prov. cons. 3.

voco: quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? imp. Pomp. 12.

2. **Genetiv:** interest: ostendam ... quantum salutis communis intersit duos consules ... Kalendis Ianuariis esse; Muren. 4.

obliviscor: obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate; Catil. IV, 1.

3. **Dativ:** antepono: si meas rationes umquam vestrae saluti anteposuissem; Quir. 1.

consulo: ſ. **consulo,** III. saluti (8 St.) S. I, S. 678, b.

despero: eum excitavit abiectum et simul saluti desperare vetuit; Cluent. 68.

desum: si illi communi legatorum voluntati et saluti Siciliae defuissent; Verr. IV, 139. ut causae communi salutique ne deessent; ib. 140.

expeto: a quo senatus adulescentulo ... saepe communi saluti auxilium expetisset; Balb. 16.

fero: qui meae saluti opem et auxilium tulisset; dom. 27.

prospicio: hoc modo iste sibi et saluti suae prospicere didicit; Verr. I, 158. L. Flaccum ... numquam .. prospexisse vestrae saluti ... paenitebit; Flacc. 104. vobis ... et vestrae saluti consulendum et prospiciendum vident; har. resp. 54.

provideo: ut tum demum animis saluti vestrae provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis; Catil. III, 4. ut ... huius saluti ... providisse videamini; Cael. 22. ut ... saluti populi Romani provideret, Phil. VIII, 1.

subvenio: (Oppianicus) acrioribus saluti suae remediis subveniendum putavit; Cluent. 67. quod C. Caesar ... saluti ... populi Romani subvenerint; Phil. V, 46.

succurro: si est boni consulis ... succurrere saluti fortunisque communibus ‖ omnium ‖; Rabir. 3.

sum: quod (crimen) innocenti saluti solet esse; Sex. Rosc. 77. ‖ his ‖ ... amplitudo saluti fuit; Verr. IV, 110. cum ea res non solum provinciae saluti, verum etiam ipsi praedae posset esse; ib. V, 80. cui calamitas saluti fuit; ib. 122. quasi ea res nobis saluti futura sit; leg. agr. II, 47. quod si haec vox ... non nullis aliquando saluti fuit; Arch. 1. cuius officium mihi saluti fuisset; Planc. 1. si ... saluti civi calamitoso esse vellemus; Ligar. 16.

4. **mit Präpoſitionen:** abhorreo a: non debent .. iudices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrere; Arch. 27. voluntatem Caesaris a salute mea non abhorrere; prov. cons. 43.

abutor ad: ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer; Ligar. 1.

adhibeo in: adhibeatis ... in rei publicae salute sapientiam; Rabir. 5.

augeo in: „ut vestra beneficia ... in huius salute augeatis"; Milo 100.

capio pro: non minus strenue (arma) caperem, quam illi pro communi salute ceperunt; leg. agr. III, 30.

certo in: in D. Bruti salute certatur; Phil. XIII, 16.

cogito contra: cum multa contra sociorum salutem ... et faceret et cogitaret; Verr. III, 213. quae erant cogitata contra salutem omnium; Catil. III, 21. — de: cum tu nihil aliud dies et noctis nisi de salute mea cogitares; dom. 30. quis est ... tam nihil umquam nec de sua nec de communi salute cogitans qui ..? Marcell. 22. an ego ... non dies noctisque ... de rei publicae salute cogitem? Phil. VI, 17.

comparo, compono ad: quae iam diu ad salutem sociorum utilitatemque rei publicae composita comparataque essent; Verr. III, 21.

confero ad: servus est nemo ..., qui non quantum audet et quantum potest conferat ad salutem voluntatis; Catil. IV, 16. — in: qui se totos ... in salutem rei publicae contulerunt; Phil. XII, 7.

coniungo cum: hi et integrum consulem et bonum imperatorem ... cum rei publicae salute coniunctum deici de urbis praesidio ... volunt; Muren. 79. quod omnes boni ... suam salutem cum mea coniungunt; Sulla 29. numquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere; sen. 4. qui ... salutem populi Romani ... coniunctam esse cum mea (salute) dixerit; ib. 29. causam .. meam cum communi salute coniunxit; Quir. 16. quod ego ... salutem civium cum honore Cn. Pompei coniunxerim; dom. 3. civitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctam; Vatin. 8. ut ne meus fortunas desereret cum rei publicae salute coniunctas; Piso 77.

Digitized by Google

conloco in: C. Caesar ... patrimonium .. suum ... in rei publicae salute conlocavit; Phil. III, 3.

consentio ad: ceteri vero ... qua frequentia ... ad communem salutem ... consentiunt! Catil. IV, 15. — de: qui de communi salute consentimus; Vatin. 23. omnes .. iam cives de rei publicae salute una et mente et voce consentiunt Phil. I, 21.

consumo in: qui (P. Sestius) cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit; Sest. 31.

contendo de: ecquis umquam ... tam vehementer de salute sua contendit? drv. Caec. 22.

converto ad: scribas .. universos ... video ab exspectatione sortis ad salutem communem esse conversos; Catil. IV, 15. vos me ab omnibus ceteris cogitationibus ad unam salutem rei publicae convertistis; Sulla 40.

decerno de: de summa salute vestra populique Romani, ... de salute Italiae ... decernite diligenter! Catil. IV, 24. qui non amplissime ... de salute mea ... decreverint; dom. 74. nullum erat Italiae municipium, ... quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset; Sest. 32. cum tu ... universum ordinem decernere de salute rei publicae prohibuisti; Phil. II, 52.

decerto pro: armis decertare pro mea salute nolui; Quir. 13.

deduco ad: ad salutem innocentium voluntate deducor; Sulla 87.

defigo in: ut omnis vigilias, curas, cogitationes in rei publicae salute defigeret; Phil. VII, 5. qui omnis suas curas in rei publicae salute defigunt; ib. XIV, 13.

defugio pro: ullum (putas) esse tantum periculum, ... tantam contentionem quam ego non modo pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerim? Planc. 78.

depello a: reliqui (magistratus) fuerunt quos neque terror nec vis ... nec minae ... a mea salute depellerent; sen. 7.

devoveo pro: ex qua (civitate) P. Decius primum pater, post aliquot annos ... filius se ac vitam suam ... pro salute populi Romani ... devovisset; Sest. 48.

dico de: qui ... numquam dubitavit sententiam de salute mea se et re publica dignam dicere; sen. 8. mihi ... non licuit de salute populi Romani sententiam dicere? dom. 26. cum omnes certatim aliusque alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset; Sest. 74.

diiungo a: quorum et mentes et res sunt perditae longeque a communi salute diiunctae; har. resp. 53.

dimico de: hic ... tot iam mensis .. de salute ... dimicaret? Cael. 47. — pro: cum his conflictari et pro salute patriae cotidie dimicare erat omnino ... molestum; har. resp. 41.

dissentio a: si qui occulte a salute nostra dissentiunt, lateant; Sest. 14.

do ad: etsi ad salutem communem dari sentiunt; Verr. IV, 52.

dubito de: quam diu est de illius salute dubitatum; Marcell. 34.

duco prae: omnia pericula prae salute sua levia duxerunt; Verr. II, 156.

excito ad: qui ... populum Romanum ... ad meam salutem excitavit; har. resp. 46.

exsisto ad: cur ego non laeter meum consulatum ad salutem populi Romani prope fatalem exstitisse? Catil. IV, 2.

exspecto in: de te .. homines quid sentiant in honore experti sumus, in salute exspectamus; Vatin. 10.

extimesco de: vir huic imperio amicissimus de salute populi Romani extimescebat; Deiot. 11.

facio contra: illum contra rem publicam salutemque bonorum ... facturum; sen. 27. quia (M. Flaccus) cum C. Gracchо contra salutem rei publicae fecerat; dom. 102. illa furia clamabat se quae faceret contra salutem meam facere auctore Cn. Pompeio; Sest. 39. ſ. cogito contra. — de: qui *in* conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant; dom. 54 — pro: huic quae pro salute mea fecerit si minus profutura sint, obesse certe non oportere; Planc. 98.

fero de: in hac causa non solum de L. Murenae, verum etiam de vestra salute sententiam feretis; Muren. 84. quis civis fuit qui fas esse putaret ... non se de salute mea sententiam ferre? sen. 28. cum omnes principes civitatis ... suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant; ib. 90. quis est qui non profiteatur se adfuisse et suffragium de salute mea tulisse? Sest. 109.

gero pro: pro qua (salute sociorum) multa maiores vestri ... bella gesserunt; imp. Pomp. 6. qui (senatores, equites) haec omnia pro salute omnium ... gesserunt; Flacc. 96. quae pro salute omnium gessi; Sulla 26. quas (res) ... omnes boni pro salute communi gesserunt; ib. 32. quas (res) ego ... pro salute rei publicae suscepi atque gessi; ib. 34. quae pro salute omnium gessi; ib. 83. quas res nos ... pro salute huiusce imperii ... gessimus; Arch. 28. quod (factum) ... consensu bonorum omnium pro salute patriae gessissem; dom. 94. quamquam ... T. Annii tribunatu rebusque omnibus pro salute rei publicae gestis ad huius criminis defensionem non abutemur; Milo 6. omnium ordinum consensu pro salute rei publicae gesta resciderat; ib. 87. cum haec pro salute rei publicae tanta gessisses; Phil. I, 33. illi ... acerrimi Caesaris actorum patroni pro D. Bruti salute bellum gerunt; ib. X, 16.

impello ad: quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit; sen. 22.

imploro ad: qui princeps .. Italiae totius praesidium ad meam salutem implorandum putarit; sen. 29. ad meam unius hominis salutem senatus auxilium omnium civium ... implorandum putavit; Piso 34.

incito ad: qui ... vos ... ad meam salutem incitavit; prov. cons. 43.

includo in: in qua (salute) etiam suam esse inclusam videbat; Deiot. 11.

incumbo ad: incumbite ad salutem rei publicae; Catil. IV, 4.

ineo contra: quae (consilia) clam essent inita contra salutem urbis atque imperii; Catil. III, 20.

interpretor ad: nos .. id ... ad salutem interpretamur; Scaur. 30.

iudico de: estis .. iudicaturi ... de communi salute; Flacc. 3.

laboro de: si ... nihil nisi de salute meorum civium laborassem; dom. 145. — pro: praedicabo Cn. Pompeium ... praecipue pro salute mea laborasse; dom. 30. cum pro alicuius salute multi laborarent; Ligar. 31.

laetor de: laetari omnis non de unius solum, sed de communi omnium salute sentio; Marcell. 33.

largior ad: ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam ..; Cluent. 3.

mereor de: quid? si vocatae tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo civi comprobavissent? dom 58. civis ... optimi de salute patriae meriti periculum ... lugere senatui non licebit? Sest. 33.

Digitized by Google

nascor ad: eandem .. diem intellego ... propagatam || prope natam || esse .. ad salutem urbis; Catil. III, 26. memineram ... virum ... natum ad salutem huius imperii, C. Marium, ... ad infimorum ... hominum .. misericordiam confugisse; Sest. 50.

neglego prae: qui minas inimicorum meorum ... prae mea salute neglexit; sen. 38. qui semper genus illud hominum ... prae vestra salute neglexit; Milo 3.

obicio pro: numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes ... obiecissem; Arch. 14.

obligo pro: quorum pro salute se hic Sullae obligavit; Sulla 72.

obsecro pro: ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit; Quir. 16. hic ... pro salute mea populum Romanum obsecravit; dom. 30. „cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat"; Ligar. 14.

offero pro: qui se pro salute vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus; Catil. III, 28. aliis impendentibus tempestatibus ... unum me pro omnium salute obtuli; Piso 21.

oppeto pro: cum .. simili virtute reliquarum legionum milites pro salute ... populi Romani mortem oppetiverint; Phil. XIV, 33.

oppono pro: civem qui se pro patriae salute opponat invidiae frustra posthac requiretis; har. resp. 60.

perfungor pro: si me tantis laboribus pro communi salute perfunctum efferret aliquando ad gloriam ... animi quidam dolor; har. resp. 17.

pertimesco in: dissentiebant principes et in salute optimatium temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant; Sest. 103.

pertineo ad: quod ad vestram famam, existimationem salutemque communem pertinet; Verr. I, 22. pertinet hoc ad summam rem publicam ... salutemque sociorum; ib. II, 28. quae (causa) non ad sociorum salutem ... pertinet; ib. V, 139. ad illa venio, quae ... ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent; Catil. I, 14. quae (res) ... ad communem salutem omnium civium et prope gentium pertinerent; Sest. 38. quae lex ... ad salutem omnium pertinet; Cael. 70. dico hoc, quod ad salutem rei publicae pertinet; Planc. 93.

perturbo de: cum T. Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua perturbetur; Milo 1.

pervenio ex: est .. fortunatus ille, cuius ex salute non minor paene ad omnis, quam ad ipsum ventura sit, laetitia pervenerit; Marcell. 4.

possum ad: multum posse ad salutem alterius honori multis ... fuit; Fr. B. III, 5.

praebeo ad: cum ... Gai .. Marii ... monumentum municipi eius et rei publicae defensori sedem ad salutem praebuisset; Sest. 116. — pro: qualis vos ... mihi pro salute vestra praebuistis; leg. agr. II, 103.

promulgo ad: qui (tribuni) et promulgarent de salute mea et ad vos saepe numero referrent; sen. 4. legem separatim initio de salute mea promulgavit; ib. 21. cum L. Caecilius ... publice promulgarit de mea salute cum conlegis paene omnibus; ib. 22. ut (tribuni) de salute mea et promulgarent et referrent; ib. 29.

propago ad: ſ. nascor ad.

propugno pro: propugnat .. pro salute M. Fontei Narbonensis colonia; Font. 46.

pugno pro: qui contra vos pro huius salute pugnabant; Sulla 49.

reduco ad: dubitarem quin is me ... ad salutem reduceret? Quir. 15.

refero de: ut etiam Q. Metellus consul ... de mea salute rettulerit; Sest. 130. ſ. promulgo de.

repono in: ſ. 1. repono.

reservo ad: habetis consulem ex plurimis periculis ... non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum; Catil. IV, 18.

rogo contra: eidem (viri) illam proscriptionem capitis mei contra salutem rei publicae ... rogatam esse dicebant; prov. cons. 45. — pro: ſ. obsecro pro.

sentio de: qui ita ... de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent; Sulla 61. quis non de communi salute optime ... sensit? ib. 82.

specto ad: si ... omnia mea consilia ad salutem sociorum ... spectaverunt; Verr. V, 188. ad suam .. quandam magis ille gloriam quam ad perspicuam salutem rei publicae *eam* (causam) sumpserat || tam spectarat ||; Sest. 37.

spondeo pro: repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriae spoponderim, dignitatem; Flacc. 106.

subeo pro: si imperatoribus ... non licebit ... elicere ... fortissimum ... quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; Balb. 22.

sumo ad: ſ. specto ad.

supplico pro: quae (res) vestris animis pro huius innocentis salute supplicent; Font. 41.

suscipio contra: nullum scelus susceptum contra salutem omnium (a me) defendi ac tegi; Sulla 86. — pro: haec ratio accusandi fuit honestissima, ... pro salute provinciae ... inimicitias suscipere; div. Caec. 63. ut pro mea salute laborem periculumque suscipias; Muren. 76. P. Sestius ... iter ad C. Caesarem pro mea salute suscepit; Sest. 71. quos (inimicos) ego pro vestra salute suscepi; Planc. 103. ſ. gero pro.

teneo in: qui in mea salute principem semper locum ... tenuistis; dom. 147.

trado pro: corpora sua pro salute regum suorum hi legati tibi regii tradunt; Deiot. 41.

valeo ad: valeant haec omnia ad salutem innocentium; Muren. 59. removе [praetermitte] auctoritatem, quae in iudiciis ... ad salutem debet valere! ib. 67. valeat (vita) *et* ad poenam et ad salutem plurimum! Sulla 79. — de: plus impudicissimae mulieris apud te de Cleomenis salute quam de sua vita lacrimas matris valere; Verr. V, 112.

versor in: quae (ingenia) antea versabantur in salute atque auxilio ferendo; Quinct. 53.

vigilo ad: iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae; Catil. I, 8.

voco ad: cum ... te ... consules ad patriae salutem ac libertatem vocarent; Rabir. 22. qui me ... ab exitio ad salutem vocavit; sen. 24. cum .. ad consulare officium ipsis insignibus illius imperii ad meam salutem ... precibus vestris vocarentur; har. resp. 3.

utor ad: quibus argumentis se ad salutem uti arbitrabantur; Verr. V, 146. qui etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem utatur; har. resp. 35. — pro: dum modo ea (potentia) nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum; Milo 12.

III. **nach Adjectiven und Adverb: 1. Genetiv:** inimicus: cum ... intentus *est* arcus ... in universam rem publicam, traductione ad plebem ... hominis ... communis salutis inimici; Sest. 15.

studiosus: M. Laterensem, hominem studiosissimum ... salutis meae, reum sibi hunc potissimum delegisse; Planc. 2.

2. **Dativ:** accomodatus: quid est quod ... saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit? div. Caec. 7.

Digitized by Google

amicus: L. vero Lamiam, ... hominem .. saluti meae pro familiaritate, rei publicae pro fortunis suis amicissimum, consul .. exire ex urbe iussit; sen. 12. qui amici fuerint saluti et dignitati meae; Balb. 2.

inimicus: C. Caesar ... inimicissimus esse meae saluti ab eodem ... dicebatur; Sest. 39.

3. **mit Präpositionen:** ferox pro: sunt .. fortes illi quidem, sed ... pro ... salute rei publicae nimis feroces; Phil. XII, 29.

princeps ad: neque enim ego tunc princeps ad salutem esse potuissem; Sulla 9.

singularis in: si P. Lentulum, civem ... in salute mea singularem, ... res publica tenere potuisset; Phil. XIII, 29.

una cum: eadem precor ab eis dis .. ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum; Muren. 1.

utilis ad: faciam id, quod est ad severitatem lenius et ad communem salutem utilius; Catil. I, 12.

IV. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** alqd: cum ... senatum populumque docuissem quid eis utilitatis, quid salutis adferrem; Verr. IV, 138.

adiumenta: ad haec ... adiumenta salutis ... meae reliqua vos idem addidistis; sen. 27.

aedes: cum ... idem dies adventus mei fuisset redituque, qui natalis idem carissimae filiae, ... idem ... *aedis Salutis;* Sest. 131.

auctor: ut erga duces ipsos et principes atque auctores salutis meae satis gratus iudicarer; sen. 24. qui (Pompeius) se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano *praebuit;* Sest. 107. cum .. pro me ... P. Lentulo consuli, auctori salutis meae, frequens adsideret; Piso 80. ego .. Cn. Pompeium, non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meae, ... sed dico hoc ..; Planc. 93. eiciundus est ex urbe civis auctor et custos salutis; Fr. B. XI, 1, 2.

auxilia: tu salutis auxilia ad me et ad senatum attulisti; Flacc. 102. hisce ego auxiliis salutis meae si idcirco defui, quia nolui dimicare; Planc. 89.

cogitatio: nisi hanc rationem et cogitationem salutis tuae pecuniae cupiditas ... superaret; Verr. III, 52.

custodia: quae (insignia) sunt a me propter urbis vestraeque salutis custodiam repudiata; Catil. IV, 23. non extimesco ne Cn. Plancio custodia meae salutis apud eos obsit, qui ..; Planc. 2.

custos: video Milonem, ... custodem salutis meae, ... sordidatum et reum; Sest. 144. neque .. ego sic rogabam, ut petere viderer, quia familiaris esset meus, ... sed ut quasi parenti et custodi salutis meae; Planc. 25. non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, ... sed custodem salutis meae; ib. 102. ſ. auctor; Fr. B. XV, 1, 2.

defensio: ut hanc causam salutisque suae defensionem susciperem; Verr. II, 156. non quo mihi potior ... sit officii mei quam huiusce salutis defensio; Muren. 2. cuius omnis ratio, cogitatio, totus denique tribunatus nihil aliud fuit nisi constans ... defensio salutis meae; sen. 30. qui mentem optimi ... viri ... a defensione meae salutis averterant; Sest. 67.

defensor: iam omnes intellegunt cur universa provincia defensorem suae salutis eum quaesiverit; Verr. III, 64. quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem et minime timendum ... defensorem salutis meae; sen. 3. exstitit ... salutis (meae) defensor, qui ... fuerat inimicus; ib. 26. reliqui magistratus paene omnes fuerunt defensores salutis meae; Quir. 15. qui cum omnibus meae salutis defensoribus bellum esse sibi gerendum iudicaverunt; Sest. 4. video P. Sestium, meae salutis ... defensorem, propugnatorem, actorem reum; ib. 144. cum (Cn. Pompeius) ... in contionibus ... se defensorem salutis meae ... profiteretur; Piso 80. qui ... meae .. salutis non modo non oppugnator, ... sed etiam defensor fuisset; Planc. 76. unus (Cn. Plancius) .. fuit de magistratibus defensor salutis meae; ib. 78. ille erat ut odisset .. defensorem salutis meae; Milo 35. ſ. auctor; Planc. 93.

deprecatores: qui (tribunus) adesse nobilissimos adulescentis, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meae iusserit; Sest. 27.

desertores: cum viderem ... homines ... aut proditores esse aut desertores salutis meae; Quir. 13.

dux: ſ. auctor; sen. 24. Planc. 93.

fautor: quamquam ... eiusdem .. cura incredibilis ... docuit ... salutis ... meae fuisse fautorem; Phil. VII, 6.

hostes: nolite ... inimicis meis ... dare laetitiam gloriantibus vos ... salutis eius, a quo mea salus conservata est, hostis exstitisse; Planc. 103.

iura: ut omnia vitae salutisque communis ... iura violentur; Deiot. 30.

laetitia: quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta condicio; Catil. III, 2.

memoria: cum ... renovetur memoria per me inventae salutis; Sulla 83.

necessitas: hanc pecuniam ... datam tibi ... ad necessitatem salutis ac vitae ... abs te sic lacerataam esse dico ..; Verr. III, 164.

oppugnator: ſ. defensor; Planc. 76.

parens: ſ. custos; Planc. 25.

perfugium: ut nullum sit posthac in re publica ... perfugium et praesidium salutis; Rabir. 4.

periculum: de periculo salutis et libertatis loquor; leg. agr. I, 21.

pignus: quod (Palladium) quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis Vestae continetur; Scaur. 48.

praesidium: in perpetuum res publica civile praesidium salutis suae perdidisset; Planc. 90. quod .. praesidium erat salutis ... vestrae; Phil. IV, 4. ſ. perfugium.

princeps: qui ... senatum ipsum, principem salutis mentisque publicae, ... pervertit; har. resp. 58. ſ. auctor; sen. 24.

perditores: ſ. desertores.

propugnator: ſ. defensor; Sest. 144.

ratio: ut omnem rationem salutis in pecunia constitueret; Verr. a. pr. 10. ne tum quidem te potuit si non pietatis, at salutis tuae ratio ad officium sanitatemque reducere? ib. II, 98. cum tamen ... salutis suae rationem iudicum severitati reservavit; ib. V, 74. quoniam .. salutis omnium ratio ... postulat; ib. 172. ſ. cogitatio.

restitutor: at quod erat tempus? clarissimus et fortissimus consul, ... resitutor salutis meae; Milo 39.

societas: quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum ... latere in occulto ... an ... cum bonis .. omnibus coire non modo salutis, verum etiam periculi societatem? Rabir. 21.

spes: miseri iam non salutis spem, sed solacium exitii quaerunt; div. Caec. 7. potestne tibi ulla spes salutis commoda ostendi? Verr. I, 47. certe huic homini spes nulla salutis esset; ib. III, 168. nemo est qui ullam spem salutis reliquam esse arbitretur; ib. V, 12. cui civi supplici non illa dextera ... spem salutis ostendit? Verr. V, 153. qui spem salutis in alia ratione non habuerit; Cluent. 64. neque eripueritis *rei publicae* spem *libertatis*, spem salutis, spem *dignitatis*; Rabir. 34. spes maior esset salutis, si praeter te nemo esset

Digitized by Google

impurus; har. resp. 35. cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset; Milo 40. ut mihi quidem videantur di immortales ... iam .. satiati aliquando omnem spem salutis ad clementiam victoris ... contulisse; Marcell. 18. ut, quocumque venisset, lux venisse quaedam et spes salutis videretur; Phil. X, 12. tuis ... sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius; ib. XII, 5.

tempus: duo sunt tempora, quibus nostrorum civium spectentur iudicia de nobis; unum honoris, alterum salutis; Vatin. 10.

via: qui ultro nobis viam salutis ostendunt; har. resp. 63.

volneratio: maior haec est vitae, famae, salutis suae volneratio; Piso 47.

2. **mit Präpositionen:** aequitas erga: cuius quidem aequitas et .. voluntas erga Cn. Plancii salutem facile declarat ..; Planc. 43.

benevolentia erga: quod habeo auctorem P. Servilium, ... virum clarissimum et ... erga meam salutem fide ac benevolentia singulari; prov. cons. 1.

consensus de: tantus vester consensus de salute mea fuit, ut ..; sen. 5.

contio de: de mea salute P. Lentuli, ... Cn. Pompei ... ceterorumque principum civitatis celeberrimae et gratissimae contiones fuerunt; Piso 34.

dolor ex: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum; Cluent. 200.

fides erga: ſ. benevolentia erga.

praesidium ad: cui (filio) .. satis erit praesidii ... ad salutem ..., si ..; Catil. IV, 23.

sententia de: qui ... numquam dubitavit sententiam de salute mea se et re publica dignam dicere; sen. 8. cuius sententiam senatus [omnis] de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est; Milo 39.

suffragatio pro: cum ... (sit) facilis suffragatio pro salute; dom. 45.

tabella de: cum tabella vobis dabitur, .. non de Flacco dabitur solum: ... dabitur ... de salute communi; Flacc. 99.

voluntas erga: ſ. aequitas erga.

V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** continere: qui non intellegat tua salute contineri suam; Marcell. 22.

definire: hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Marcell. 25.

restringere: nisi belli civilis incendium salute patriae restinxeris; Marcell. 29.

abl. comp.: neque illis huius salute ... quicquam est optatius; Planc. 69.

2. **Präpositionen:** ad: (Milo) probasset .. tibi ... tribunatum suum ad salutem meam ... consiliis tuis gubernatum; Milo 68.

causa: fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse rei publicae sublevandae, quae maxime laboraret; div. Caec. 9. quorum (hominum) ego inimicitias populi Romani salutis causa suscepero; Verr. V, 183. quod ut illi ... perpetuum sit, ... communis salutis ... causa ... optare debetis; imp. Pomp. 48. quod salutis omnium causa statueritis; Catil. IV, 8. ego quod facio ... me ... salutis ... omnium nostrum causa facere ... testor; Muren. 78. quod ... et senatum et omnis bonos meae salutis causa mutata veste vidi; dom. 99. qui ex tota Italia salutis meae causa convenerant; Sest. 129.

contra: qui contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relicti sunt; Catil. II, 27. mihi persuadeo, me tibi ... contra salutem (L. Murenae) nihil debere; Muren. 7.

cum: cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt; imp. Pomp. 50. ut id studiosissime facerem, ... consulatus ... mihi una a vobis cum salute rei publicae commendatus coëgit; Rabir. 2. cum summa rei publicae salute ... proficiscere ad .. bellum; Catil. I, 33. ut ... consul ... beneficium populi Romani cum vestra atque omnium civium salute tueatur; ib. 2. quid .. possum aliud ... nisi te cum mea salute complecti? Planc. 102. velim existimes ... sententiam tuam aut ... pestem importaturam esse regibus aut incolumem famam cum salute; Deiot. 43.

de: de nostra .. re publica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute fundos populos fieri noluerunt; Balb. 22.

gratia: sin ... illam miseram profectionem vestrae salutis gratiae suscepissem; Quir. 1.

in: qui quantum possent in salute alterius quam in exitio mallent ostendere; Sex. Rosc. 149. in salute communi .. populus Romanus dolori suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare; imp. Pomp. 56.

ob: praetorem tamen ob salutem malle accipere (pecuniam); Verr. II, 69.

pro: ut ea nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros placare possit; Font. 46. a vobis *peto* quaesoque ut hanc *meam* defensionem pro amici periculo *fidelem*, pro rei publicae *salute* consularem *putetis*; Rabir. 38. P. Sestius pro mea salute ... sibi ... nullum vitae discrimen vitandum umquam putavit; sen. 20. qui pro salute mea municipia coloniasque adisset; ib. 31. audieram et legeram clarissimos ... viros se in medios hostis ... pro salute exercitus iniecisse; dom. 64. ego pro salute universae rei publicae dubitarem hoc meliore condicione esse quam Decii, quod ..? ib.

propter: cuius ille inimicitias non solum suscepit propter salutem meam, verum etiam appetivit; har. resp. 7. qui (conventus) propter salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit; Sest. 9. me propter salutem meorum civium ... dimicationem caedemque fugisse; ib. 45. cuius umquam propter salutem nisi meam senatus publice sociis populi Romani gratias egit? ib. 128. propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum ... censerem; Phil. XIV, 1. quo die propter eius salutem redierimus; ib. 3. ne memoriae ... prodatur ... populum Romanum ... propter eiusdem (civis) salutem redisse ad togas; ib.

salutaris, heilſam, nützlich: alqd: omnia, quae rei publicae salutaria essent; Phil. XI, 28.

arma: quid est .. dementius quam, cum rei publicae perniciosa arma ipse ceperis, obicere alteri salutaria? Phil. II, 19.

civis: agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant; Milo 20. qui .. se ab senatu ... senserit civem earum haberi salutaremque rei publicae; Phil. V, 49.

consulatus: tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus; Phil. II, 15.

dies: quem ego diem vere natalem huius urbis aut certe salutarem appellare possum; Flacc. 102.

lex: qui ... sustulit duas leges, Aeliam et Fufiam, maxime rei publicae salutaris; har. resp. 58. duae maxime salutares leges quaestionesque tolluntur; Phil. I, 22.

littera: nec vobis tam hanc salutarem in iudicando litteram quam illam tristem dedisset; Milo 15.

praesidia: quamquam praesidiis salutaribus et necessariis saepti sumus; Milo 2.

promissa: Antonii igitur promissa ... nec diuturna neque salutaria; Phil. VIII, 10.

quaestio; ſ. lex.

Digitized by Google

reditus: nec .. dubito quin ... reditus eius (viri) et vobis gratus fuerit et rei publicae salutaris futurus; Phil. IX, 1.

relatio: relatio illa salutaris et diligens fuerat consulis, animadversio quidem et iudicium senatus; Piso 14.

res: cum tu salutaribus ‖ salvis ‖ ... rebus tuis ... amicissimi benevolentiam ... desideres ‖ desiderabis ‖; Milo 69. et nomen pacis dulce est et ipsa res salutaris; Phil. II, 113. quae (res) .. salutaris rei publicae sit; ib. VII, 4. dulce .. etiam nomen est pacis, res vero ipsa ... salutaris; ib. XIII, 1.

sententia: in qua (cella) me consule salutares sententiae dictae sunt; Phil. II, 19.

salutatio, Begrüßung: quis (te) .. communi salutatione dignum putet? Piso 96.

saluto, grüßen, begrüßen: I. **absolut:** 1. exclusi eos, quos tu ad me salutatum miseras; Catil. I, 10. Casino salutatum veniebant, Aquino, Interamna; Phil. II, 105.

2. alqs: quid? quod cum admoneris, tamen, quasi tute (civis) noris, ita salutas? quod, postea quam es designatus, multo salutas neglegentius? Muren. 77.

II. **mit Object:** alqm: hunc postea quam salutavit; Qu. Rosc. 49. quis te ... tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Catil. I, 16. quo cum Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? ib. II, 12. adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset? Cael. 38. cum ille (M. Drusus) eum (Granium) salutasset; Planc. 33. te, quem ... numquam salutaverat, fecit heredem; Phil. II, 41. qui, cum essent devii, descenderunt, ut istum ... salutarent; ib. 106. quem cum Scato salutasset; ib. XII, 27. salutabunt benigne ... unum quemque nostrum; ib. XIII, 4.

consulem: cum prima luce consulem salutatum veniret; Sulla 52.

ex: ex omnium sententia constitutum est satis videri esse quaesitum; Cluent. 177. M. Flaccus ... ex senatus sententia est interfectus; dom. 102. quam (legem) L. Gellius Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt; Balb. 19. ex senatus sententia aedificatam domum; Phil. I, 12. quid .. ego ... egi nisi ex huius ordinis ... sententia? ib. II, 11. ei .. statuam equestrem inauratam in rostris ... ex huius ordinis sententia statui placere; ib. V, 41. laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani; ib. VII, 23. senatui placere Ser. Sulpicio statuam ... in rostris ex huius ordinis sententia statui; ib. IX, 16.

in: recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; Catil. III, 10. dixerunt in eandem sententiam ceteri; Quir. 17. quae dici in eam sententiam possunt; Cael. 29. — mihi ... neque in sententia simpliciter *e re publica* ferenda fidem ... nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24. sed quaero in ipsa sententia ... quid reprehendatur; dom. 10. qua quidem in sententia si Cn. Pompei dignitas aucta est ..; ib. 27. (alii) sunt fortasse in sententia firmiores; Balb. 61.

per: per quorum sententias iusque iurandum id adsequantur; Sex. Rosc. 8.

post: post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos; dom. 31.

Digitized by Google

praeter: omnibus sententiis praeter unam ... Scamander ... condemnatus est; Cluent. 55.

sine: eos sine consilii sententia ... omni supplicio liberavit; Verr. V, 18. syngrapha sestertii centiens per legatos ... sine nostra, sine reliquorum hospitum regis sententia facta in gynaecio est; Phil. II, 95.

sententiola, Sprüchlein, Redensart: sententiolas edicti cuiusdam memoriae mandavi, quas videtur ille peracutas putare; Phil. III, 21.

sentina, Hefe, Auswurf: 1. eicio: o fortunatam rem publicam, si quidem hanc sentinam urbis eiecerit! Catil. II, 7.

exhaurio: exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae; Catil. I, 12.

2. loquor de: exhauriendum esse; hoc enim ‖ verbo ‖ est usus, quasi de aliqua sentina ac non de optimorum civium genere loqueretur; leg. agr. II, 70.

sentio, empfinden, fühlen, merken, wahrnehmen, einſehen, verſtehen, denken, meinen, urtheilen, ſtimmen: I. **abſolut: 1. unperſönlich:** nisi forte regium tibi videtur ... in senatu sentire libere; Sulla 25.

2. alqs: fateor (me) insaniisse qui cum illis senserim; Sex. Rosc. 142. tametsi inermis, iudices, sensi; ib. ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; div. Caec. 38. dixerunt qui senserunt; Verr. I, 127. quod ... contra rem publicam sensisse eum inimici et accusatores eius dicerent; ib. II, 113. nec vereor de tali viro ne plus dicam quam vos .. sentiatis; Caecin. 77. cum vos aliquem contra me sentire dicatis; ib. 78. multorum te .. oculi et aures non sentientem ... speculabuntur atque custodient; Catil. I, 6. si quis est qui Catilinae similis cum Catilina sentire non putet; ib. II, 6. nec cum his sentio qui statuunt ..; dom. 8. hunc nemo erat quin verissime sentire diceret; Sest. 74. ego me a C. Caesare ... dissensisse fateor et sensisse vobiscum; sed nunc isdem vobis adsentior, cum quibus antea sentiebam; prov. cons. 25. atque, ut ego sentio, iudices, causa dicta est; Balb. 15. equidem longe secus sentio; ib. 29. pulsus .. regno Ptolemaeus dolosis consiliis, ... sensit Postumus, Romam venit; Rab. Post. 4. quia Milo semper pro bonis contra improbos senserat; Milo 5. dicam, ut sentio, iudices; ib. 65. oppugnata domus C. Caesaris ... nuntiabatur: nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat; ib. 66. qui legem tulit qua, ut ego sentio, Milonem absolvi a vobis oporteret; ib. 70. vereor ut hoc ... perinde intellegi possit auditum atque ipse cogitans sentio; Marcell. 12. etiam si aliter sentiret; Ligar. 21. qui recte et fortiter sentient; Phil. VIII, 22. praesertim cum contra ac Deiotarus sensit victoria belli diiudicarit; ib. XI, 34. cum alios male sentire, alios nihil omnino curare videbam; ib. XIV, 17.

alqd: in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat et sentiat; Milo 84.

aeditumi: foris aedis effringunt: aeditumi custodesque mature sentiunt; Verr. II, 96.

boni: ut boni minus bene sentirent; har. resp. 41.

centuriones: qui ... optime sentientis centuriones iugulaverit; Phil. III, 30.

cives: sunt impii cives, sed ... contra multitudinem bene sentientium admodum pauci; Phil. III, 36.

civitas: qui homines ... corruant, sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant; Catil. II, 21.

conlegae: reliqui sex (conlegae) fuerunt, e quibus partim plane tecum sentiebant, partim ..; Vatin. 16.

consul: an potest ulla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed ... dormienti in maximo rei publicae motu consuli? Piso 10.

corpus: quod (corpus) cum uritur, non sentit; dom. 97.

custodes: ſ. aeditumi.

filius: cum ... id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent; Sex. Rosc. 64. neutrumne ‖ neutrum ‖ (filium) sensisse? ib.

maiores: ego ... sic interpretor sensisse maiores nostros; Phil. IX, 3.

mentes: ut ... alii (dicerent) .. tum mentis maxime sapientium ... virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere; Sest. 47.

vicini: ſ. civitas.

II. **mit Ergänzung: 1. de:** ſ. **de,** I. sentio (32 St.) B. II, S. 12.

2. **indirecte Frage:** quem ad modum audiar sentio; Cluent. 80. ut, quid agerent, ... sentirem ac viderem; Catil. III, 4. si quid est in me ingenii, ... quod sentio quam sit exiguum; Arch. 1. illa .. certe, quae (in me) summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio; ib. 13. cui (M. Cispio) ego ipsi, parenti fratrique eius sentio quantum debeam; sen. 21. cum ... populus Romanus ipse vidit sensitque quantus et quanta dignitate esset ‖ esses ‖; dom. 75. qui si sensit quo scelere se devinxerit non dubito quin sit miserrimus; har. resp. 5. cum quod ineas cubile non sentis; ib. 39. * iamne vides, belua, iamne sentis quae sit hominum querella frontis tuae? Piso 1. ecquid vides, ecquid sentis ... quos posthac iudices simus habituri? ib. 94. praesertim qui quid amor fraternus valeat .. praeter ceteros sentiam; Scaur. 35. proinde quasi nostram ipsam mentem ... videre aut plane qualis aut ubi sit sentire possimus; Milo 84. cuius idem consilium quod tuum sentio quam reprehendatur; Phil. XII, 6. quod non sentis quam miser sis; ib. XIII, 34. quamquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sim; Fr. C, 15.

3. **Accusativ c. Inf.:** ita superiora esse ac plurimum posse his moribus sentit; Quinct. 93. hoc cum sentit Saturius esse apertum; Qu. Rosc. 51. sentio, .. moderandum mihi esse iam orationi meae fugiendamque vestram satietatem; Verr. III, 103. cum senserit istum omne instrumentum aratorum ... vendidisse; ib. 119. his te litteris ... iugulatum esse non sentis? ib. 126. etsi ad salutem communem dari sentiunt; ib. IV, 52. qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat; ib. 71. sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum; ib. 105. postea quam ... praetorem commosse ex eo loco castra senserunt; ib. V, 96. ut quicquid inde hauriat purum te liquidumque haurire sentias; Caecin. 78. vident et sentiunt hoc idem quod vos, unum virum esse ..; imp. Pomp. 13. sentio .. vos ... vehementer esse commotos; Cluent. 29. qui (Cannutius) ... Staienum corruptum esse sensisset; ib. 73. versatam esse in iudicio mentionem pecuniae sentiebant; ib. 78. „Fabriciis ... condemnatis me esse condemnatum sentiebam“; ib. 81. auctoritatem senatus exstare hereditatis aditae sentio; leg. agr. II, 41. quos leviter immutatos esse sentio; ib. III, 2. patere tua consilia non sentis? Catil. I, 1. sensistine illam coloniam meo iusso [meis] praesidiis ... esse munitam? ib. 8. praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnis impendere tibi proximis Idibus sentios; ib. 14. quibus (fame, frigore, inopia) te brevi tempore confectum esse sentios; ib. 26. „quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis“; ib. 27. iacet

Digitized by Google

ille nunc ... et se perculsum atque abiectum esse sentit; ib. II, 2. hoc etiam sunt timendi magis, quod quicquid cogitant me scire sentiunt; ib. 5. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; ib. 6. quas ego (colonias) universas civium esse optimorum ... sentio; ib. 20. qui .. se in urbe commoverit, ... sentiet in hac urbe esse consules vigilantis; ib. 27. is (senatus) ipse ... confirmationem auctoritatis suae vestrae potestati permissam esse sentit; Flacc. 4. multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio quam bonorum; ib. 103. semper (L. Flaccus) ita sentiet, talem se animum patriae debuisse; ib. 104. sentio, si mei facti rationem vobis ... probaro, causam quoque me P. Sullae probaturum; Sulla 2. quia suam classem attemptatam magno cum suo periculo paene sensit; Quir. 17. cur, cum ego me sensissem tuto omnino in civitate esse non posse, illi senserunt? dom. 8. video me plane ac sentio restitutum; ib. 100. quis est tam vaecors qui .. cum suspexit in caelum, deos esse non sentiat? har. resp. 19. sic .. sentio, ius legatorum ... divino iure esse vallatum; ib. 34. ne id quidem sentis, coniventis illos oculos abavi tui magis optandos fuisse quam ..? ib. 38. quod non sentiunt ... illius ... impetus in se ipsos posse converti; ib. 46. sentient ... brevi tempore manere libertatem illam; Sest. 60. sensit rusticulus non incautus ... suum sanguinem quaeri; ib. 82. quis hoc non sentit, omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo ... belli? prov. cons. 30. illum quidem amico animo me habere eodem loco quo principem civem, suum generum, sentiebam; ib. 41. quis est tam demens quin sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum? Balb. 43. cum id defendas, quod esse optimum sentias; ib. 60. tantum locum aliquem cum mihi notum esse senseris; Piso 87. cives Romani ... te unum solum suum depeculatorem ... venisse senserunt; ib. 96. hoc igitur sensimus: ... eum maxime eis hominibus ... esse notum; Planc. 37. postea quam sensi populi Romani auris hebetiores, oculos autem esse acris atque acutos; ib. 66. quibus (lacrimis) ego tum vos mirifice moveri sentiebam; Milo 34. eum Milonem unum esse cum sentiret universus populus Romanus; ib. qui non ... T. Annium plurimum rei publicae profuisse ... et dicat et sentiat; ib. 77. quod minime timendum fuisse (te) senserunt; Marcell. 20. quae iacere sentis; ib. 23. laetari omnis ... de communi omnium salute sentio; ib. 33. qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut ..; Ligar. 34. qui (inimicus) ullas residisse in te simultatis reliquias senserit; Deiot. 9. quod sensistis tam caram populo Romano vitam A. Hirtii fuisse; Phil. I, 37. quibus rem publicam ... caram esse sentiebat; ib. II, 94. nec sentit amens commendationem esse compellationem suam; ib. III, 17. sentiet sibi bellum cum re publica esse susceptum; ib. V, 32. qui .. se ab senatu ... senserit civem carum haberi; ib. 49. postea quam (Brutus) vos ad libertatem sensit erectos; ib. X, 9. ille cum procul esset a consulibus ... nostris neque dum senatum cum populo Romano conspirasse sensisset; ib. XI, 2. non igitur sentis huic causae orbem terrae patere ..? ib. XIII, 30. ex quo (loco) ipsi iam sentiunt se numquam exituros; ib. 31. qui non sentias illo iudicio te non absolutum, verum ..; Fr. B. VIII, 8. longe te a pulchris abesse sensisti; ib. XIII, v, 4.

III. **mit einfachem Object:** alqd: qui et sentire et defendere facile possent; Sex. Rosc. 64. statuere te debuisse, utrum malles sentire atque defendere; Verr. I, 34. haec cum omnes sentirent; ib. 69. quae volt Hortensius, omnia dicat et sentiat; ib. II, 76. cum verba nos eo ducunt tum res ipsa hoc sentire atque intellegere cogit; Caecin. 89. qui (homines) hoc idem sentiunt; Catil. I, 29. qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent; ib. III, 5. non tam id sentiebam, cum fruebar (fratre), quam tum, cum carebam; Quir. 2. ut hos talis viros ... aliud de summa religione hoc tempore sensuros ac me absente senserint arbitrere; dom. 3. neque tam hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit neque suspicatus est, fore periculum ne ..; dom. 127. quam multa P. Sestius, cum esset cum conlega meo, senserit, ad me detulerit, quanto ante providerit; Sest. 8. ego ... tantum esse in homine sceleris, audaciae, crudelitatis, quantum ipse cum re publica sensi, numquam putavi; ib. 22. de eius virtute viri quid vos loqui, quid sentire ... oporteat dubitandum putatis? ib. 81. hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis: et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis; ib. 86. praesertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam praeter ceteros senserim; ib. 100. alter ... tulerat nihil, senserat tantum de re publica aliud atque homines exspectabant; ib. 114. quid populus Romanus sentire se ostenderet; ib. 117. atque haec, si inimicissimus essem C. Caesari, sentirem tamen rei publicae causa; prov. cons. 40. nolite committere ut in re tam inveterata quicquam novi sentiatis; Balb. 64. ego C. Caesarem non eadem de re publica sensisse quae me scio; Piso 79. ut ..., cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus, nihil sensisse dicamus; Rab. Post. 1. scitis me ... omnia semper sensisse pro vobis; ib. 15. sin hoc nemo vestrum ita sentit; Milo 31. ut intellegatis ... licere vobis quid sentiatis libere iudicare; ib. 71. quae semper in civili victoria sensimus; Deiot. 33. cum ... Pompeius ... sero .. ea sentire coepisset, quae multo ante provideram; Phil. II, 24. ego quid ille et contra ille quid ego sentirem et spectarem videbat; ib. 38. quamquam ne ei (latrones) quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt; ib. IV, 9. ut quod sentio dicam; ib. V, 3. unum sentitis omnes, unum studetis; ib. VI, 18. cur ... ea sentis, quae sint inimica ... dignitati tuae? ib. X, 3. sensimus hoc nuper falso nuntio; vero prope diem sentiemus; ib. XIII, 45. ſ. II, 3. imp. Pomp. 13. har. resp. 38. prov. cons. 30. Planc. 37. Ligar. 34. — **idem,** C, III, 2, a. sentio (15 St.) B. II, S. 539, a. — **qui,** C, **e,** II, 1. sentio (41 St.) S. 154. — **quis,** C, **b,** I, 2, a. sentio (32 St.) S. 195, b.

damna, detrimenta: quod ... Centuripini ... etiam ceterarum civitatum damna ac detrimenta senserunt; Verr. III, 108.

imperium: et post M. Antonii infinitum illud imperium senserant; Verr. II, 8.

suavitatem: ut quidam morbo aliquo ... suavitatem cibi non sentiunt; Phil. II, 115.

IV. **mit doppeltem Accuſativ:** puerum appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit et sentiet; Phil. XIII, 24.

separatim, abgeſondert, beſonders: accipio: audierat ex illo se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis; dom. 134.

cognosco: de illo ipso separatim cognoscite; Cluent. 64. de agro Campano separatim cognoscerent; Phil. V, 53.

dissolvo: requiro, quam ob rem ... HSCCCIↃↃↃ separatim Fannio dissolverit; Qu. Rosc. 40.

noto: quae ... separatim suo nomine notanda censeo; Phil. V, 21.

perscribo: hoc vel coniungi cum hoc senatus

Digitized by Google

consulto dicet vel seiungi potest separatimque perscribi; Phil. XIII, 50.

promulgo: legem separatim initio de salute mea promulgavit; sen. 21.

refero: de M. Apuleio separatim censeo referendum; Phil. X, 24.

separo, abſondern, trennen: alqm: subito abrepti in quaestionem tamen separantur a ceteris; Milo 60.

alqd: ea quo pacto distinguere ac separare possim nescio; Verr. IV, 88.

delicta: patimini me delicta volgi a publica causa separare; Flacc. 58.

fautorem: Chrysogoni fautor ... laeditur, cum ab hoc splendore causae separatur; Sex. Rosc. 142.

locum: est mihi alius locus ad hanc istius ‖ eius ‖ cupiditatem demonstrandam separatus; Verr. I, 45.

maria: cum (maria) pertenui discrimine separentur ‖ separarentur ‖; leg. agr. II, 87.

subsellia: quod ... passus esset ... a populari consessu senatoria subsellia separari; Fr. B, VI, 12.

sepelio, beſtatten, zu Grabe tragen, vernichten: I. potestas: redimant pretio sepeliendi potestatem; Verr. V, 119.

II. alqm: qui vos ... incendio patriae sepelire conatus est; Flacc. 95. prius illum (Bostarem) sepultum quam huic cenam sublatam; Scaur. c. 2, § 1.

alqd: haec sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui; Piso 10.

bellum: quod bellum exspectatione eius attenuatum ... est, adventu sublatum ac sepultum; imp. Pomp. 30.

filium: de integro funus iam sepulto filio fecit; Cluent. 28.

patriam: cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium; Catil. IV, 11.

virtutem: quod vestra virtus neque oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum sepulta esse poterit; Phil. XIV, 33.

sepono, bei Seite legen, aufſparen: alqd: quod celari opus erat, habebant sepositum et reconditum; Verr. IV, 23. quod atrociter in senatu dixisti, [aut non dixisses] aut seposuisses aut mitiorem in partem interpretarere; Muren. 64.

septem, ſieben: aratores: quot aratores adveniente te fuerunt agri Mutycensis? videamus ex litteris publicis. CLXXXVII; Verr. III, 120.

cohortes: cum VII cohortibus esse Apolloniae scribit Antonium; Phil. X, 13.

milia: tritici septem milia medimnum ex Nymphonis arationibus edicti poena ... tollit; Verr. III, 54. coguntur Herbitenses lucri dare ei ‖ ei lucri dare ‖ tritici modium XXXVII milia; Verr. III, 75. iubet in tabulas pro med. VIII C referri VII D; Verr. III, 77. Venuleio dantur ... tritici mod. VII; Verr. III, 99.

nummi: „ACCEPI" inquit „VICIENS DUCENTA TRIGINTA QUINQUE MILIA QUADRINGENTOS DECEM ET SEPTEM NUMMOS"; Verr. I, 36.

praetores: septem praetores, ... illius adversarii, defensores mei; Milo 39.

tabulae: viginti et septem praeterea tabulas pulcherrime pictas ex eadem aede sustulit; Verr. IV, 123.

tyranni: me gratificantem septem tyrannis ... agrariae legi ... obsistere; leg. agr. III, 3.

September, des September: Idus: ut Idibus Septembribus P. Quinctium sisti Sex. Alfenus promitteret; Quinct. 29.

Kalendae: huc nisi venirem Kalendis Septembribus; Phil. Phil. V, 19.

septemdecim, ſiebzehn: dies: ipse .. XVII dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit; Phil. V, 19.

populi: „nos in septemdecim populis Siciliae numeramur"; Verr. V, 124.

senatores: cum CCCCXVII senatores essetis; sen. 26.

tribus: (lex) iubet .. tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare X viros per tribus XVII; leg. agr. II, 16.

septemvir, Mitglied des Siebenmänner-Collegiums: I. sunt: censeo iudicandum .. nullos VII viros fuisse; Phil. V, 21.

II, 1. sum: ne fraudi sit VII viris quod egissent; Phil. VIII, 26.

2. mitto ad: legi epistulam Antonii, quam ad quendam VII virum ... miserat; Phil. V, 33.

III. acta: huic (L. Caesari) .. adsensi VII virum acta sustulimus; Phil. VI, 14.

septemvirales, Septemvirn: VII virales, Lento, Nucula; Phil. XIII, 26.

septemviratus, Würde eines Septemvir: eundem in VII viratu nonne destituisti? Phil. II, 99.

septeni, je ſieben: et pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt; Verr. II, 122.

septiens, ſiebenmal (miliens, 700 Millionen): facio: qui (C. Marius) duabus aedilitatis acceptis repulsis septiens consul est factus; Planc. 51.

miliens: ubi est septiens miliens, quod est in tabulis? Phil. II, 93. per quam (dissipationem) sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus ... avertit; ib. V, 11. ne septiens miliens recuperetur; ib. VIII, 26. sestertium septiens miliens avertisse Antonium pecuniae publicae iudicavistis; ib. XII, 12. illud septiens miliens, quod adulescenti ... spopondistis, ita discribetur, ut ..; ib. XIII, 12.

septimus, ſiebente: legio: qui (veterani) .. quiescunt, ut septima, ut octava legio; Phil. XI, 37. qui ... e castris duas legiones eduxit, ... quartam ... et septimam; ib. XIV, 27.

sententia: ut ad cumulum ... ipsius Staieni sententia septima decima accederet; Cluent. 74.

septingenti, ſiebenhundert: anni: qui (Lacedaemonii) ... septingentos iam annos amplius unis moribus ... vivunt; Flacc. 63.

medimna: ei cum pro iugeribus quinquaginta medimna DCC decumae imperarentur; Verr. III, 56. qui DCC medimnis decidere noluisset; ib.

milia: qui possit biduo ... septingenta milia passuum ambulare; Quinct. 78. quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? Naevi, te rogo. DCC milia passuum; ib. 79. biduo post aut ... non toto triduo DCC milia passuum conficiuntur; ib. septingenta milia passuum vis esse decursa biduo? ib. 81. confirmavi necesse esse aut biduo DCC milia passuum esse decursa aut ..; ib. 88.

septuaginta, ſiebzig: aratores: si ex

Digitized by Google

provincia tota CLXX (aratores) eiecisses, possesne severis iudicibus salvus esse? Verr. III, 121. unus ager Agyriensis CLXX aratoribus inanior cum sit; ib.

iudices: cum ex CXXV iudicibus ... V et LXX reus reiceret, L referret; Planc. 41.

tabellae: an ego exspectem, dum de te quinque et septuaginta tabellae diribeantur ‖ dirimantur ‖? Piso 96.

sepulcrum, Grab, Gruft, Grabmal: I. est: huius vos ... corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? Milo 104. quod sepulcrum ipsius (Ser. Sulpicii), liberorum posterorumque eius esset; Phil. IX, 17.

exstat: cuius sepulcrum usquam exstet ubi parentetur; Phil. I, 13.

manet: in qua (domo mea) si manet illud, non monumentum [urbis], sed sepulcrum, inimico nomine inscriptum; dom. 100.

II, 1. celebro: cuius damnatione sepulcrum L. Catilinae, floribus ornatum hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est; Flacc. 95.

constituo: ut duo sepulchra duorum praetorum improborum duabus in provinciis constituerentur; Verr. V, 94.

decerno: maiores .. nostri statuas multis decreverunt, sepulcra paucis; Phil. IX, 14. qui sepulcrum publice decernendum Ser. Sulpicio censuit; ib.

defendo: nos ... sepulcra maiorum ... defendimus; Phil. VIII, 8.

do: quod optimo iure publice sepulcrum datum esset; IX, 17.

facio: sepulcra sanctiora fiunt vetustate; Phil. IX, 14.

inscribo: ſ. I. manet. — orno: ſ. celebro.

relinquo: cuius (L. Opimii) monumentum celeberrimum in foro, sepulcrum desertissimum in litore Dyrrachino relictum est; Sest. 140.

2. adsigno: uti .. locum sepulcro ... C. Pansa consul ... adsignet; Phil. IX, 17.

3. privo: quid erit profectum, nisi ut huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur? Cluent. 201. neque tam *ut* domo sua fruatur quam ne patrio sepulcro privetur laborat; leg. agr. III, 37.

4. constituo in: in sepulcro Scipionum putatur is Ennius esse constitutus ex marmore; Arch. 22.

eripio ex: quod (simulacrum) ereptum ex meretricis sepulcro in imperatoris monumento conlocaras; har. resp. 33.

incido in: quod (elogium) te consule in sepulcro rei publicae incisum est; Piso 72.

pono in: eius (meretricis) non longe a Tanagra simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit; dom. 111.

III, 1. ornamentum: hanc deam quisquam violare audeat, imaginem meretricis, ornamentum sepulcri? dom. 112.

sanctitas: sepulcrorum .. sanctitas in ipso solo est; Phil. XI, 14.

2. iter ad: cui ... ne iter quidem ad sepulcrum patrium reliquisset; Sex. Rosc. 24.

lapis ex: in quo dixisti, dum ‖ cum ‖ Plancii in me meritum extollerem, me ... lapidem .. e sepulcro venerari pro deo; Planc. 95.

IV. seiungi: ut negaret fas esse non modo domicilio, sed ne sepulcro quidem se a me esse seiunctum; Quir. 8.

sepultura, Beſtattung, Begräbniß: I, 1. efficio: qui illam insepultam sepulturam effecerant; Phil. I, 5.

2. contendo de: non iam de vita P. Sullae, .. sed de sepultura contenditur; Sulla 89.

do ad: ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum; Phil. II, 17.

II. honos: cur decernit honorem sepulturae? Phil. IX, 14.

merces: dico .. in ipso supplicio ... mercedem funeris ac sepulturae constitui nefas fuisse; Verr. V, 134.

pactiones: has Timarchidi pactiones sepulturae cum vivis etiam illis esse factas; Verr. V, 120.

III, 1. cremare: eos .. nec inhumatos esse ... nec dispersis bustis humili sepultura crematos; Phil. XIV, 34.

2. ob: Onasum ... dicere audistis se ob sepulturam Heraclii nauarchi pecuniam Timarchidi numerasse; Verr. V, 120. nummum ob sepulturam datum nemini; ib. 135.

pro: qui ... et parentes pretium pro sepultura liberum posceret; Verr. I, 7.

sequester, vermittelnd, Vermittler, Unterhändler: A. index: sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? Cluent. 87.

B, I, 1. est: adulter, impudicus, sequester convicium est, non accusatio; Cael. 30.

2. sum: qui ... aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse; Verr. a. pr. 36. cuius tu tribus venditorem et corruptorem et sequestrem Plancium fuisse clamitas; Planc. 38. quid diceres? sequestremne Plancium? ib. 44. haec doce, ... Plancium ... sequestrem fuisse; ib. 45. ut ego doceo gratiosum esse in sua tribu Plancium, ... sic tu doce sequestrem fuisse ..; ib. 47.

II, 1. accipio: qui (iudices) sequestres abs te locupletes acceperint *manifesti periuri*; Fr. B, XIII, VI, 2.

desidero: sequester et confirmator pecuniae desiderabatur; Cluent. 72.

numero: qui in Sicilia sequester istius, interpres ... numerabatur; Verr. II, 108.

2. utor: quo (Sex. Vibio) sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus; Cluent. 25.

III. crimina: quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium ... similiter respondendum putem; Cael. 16.

IV. cum: dico ... superiore nocte cuiusdam hominis nobilis ... domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse; Fr. B, VIII, 1.

per: tu doce, ... per quem sequestrem ... (tribus) corrupta sit; Planc. 48.

sequor, folgen, nachfolgen, begleiten, beitreten, beipflichten, ſich anſchließen, trachten, ſtreben: I. **absolut:** alqs: in ius vocas: sequitur; Quinct. 61. P. Memmius secutus est, qui ..; Caecin. 26. „quo voles, .. sequar“; Cluent. 71. numquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius ... populum est cohortatus; Quir. 11. secutus est C. Gracchus; har. resp. 41. principum dignitas erat paene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur; Ligar. 19. illi secuti sunt, tu quaesisti ducem; Phil. II, 59. ne tum quidem sequeris; ib. 74. agmine quadrato cum gladiis sequuntur; 108. Caesarem sequi arbitrabatur cum legione Martia; ib. XIII, 20.

alqd: sequi illud oportet: SI TABULAE ..; Verr. I, 117. quid deinde sequitur? ib. V, 14. sequitur id, quod illi iudicium appellant ..; Cluent. 117. sequitur OMNIS AGROS EXTRA ITALIAM; leg. agr.

Digitized by Google

II, 56. sequitur de locis sacris, religionis; har. resp. 30. sequitur illud: NE DETERIORIBUS REPULSISQUE HONOS AUGEATUR; ib. 56. sed recitemus quid sequatur; ib. 36. ex eo, quod sequitur, suspicor ..; ib. „moreretur" inquies; nam id sequitur; Rab. Post. 29. sequitur illud, quod a Milonis inimicis saepissime ‖ saepe ‖ dicitur, caedem ... senatum iudicasse contra rem publicam esse factam; Milo 12. vgl. II.

annus: secutus est annus, *quo* causam de pecuniis repetendis Catilina dixit; Cael. 10.

bellum: secutum est bellum Africanum; Deiot. 25. secutum est hoc acerbissimum ... civile bellum; Phil. XI, 34.

caput: sequitur .. caput, quo capite ..; leg. agr. II, 47.

complexus, conlocutiones: consecutus est Dolabella, ... secutae conlocutiones familiarissimae cum Trebonio complexusque; Phil. XI, 5.

existimatio: videte quam inique accidat, quia res indigna sit, ideo turpem existimationem sequi; Caecin. 8. quia turpis existimatio sequatur; ib.

invidia: sequitur auri illa invidia Iudaici; Flacc. 66.

magistratus: secuti sunt avariores magistratus; Verr. III, 190.

navis: sequitur Segestana navis; Verr. V, 86.

provincia: secuta provincia est; Verr. V, 39.

raeda: sequebatur raeda cum lenonibus; Phil. II, 58.

tribunicii: sequuntur alii tribunicii, T. Plancus in primis; Phil. XIII, 27.

II. **mit Ergänzung:** ut: sequitur ut de frumento empto vos, iudices, doceam; Verr. III, 163. hoc sequitur, ut familia M. Tullii concidi oportuerit? Tull. 54. non igitur homicidas. sequitur ut liberatores tuo iudicio; Phil. II, 31.

III. **mit einfachem Object:** alqm: ut se ceteri sequerentur; Verr. V, 88. qui Cleomenem secuti sunt; ib. 104. hunc .. si secuti erunt sui comites; Catil. II, 10. qui rem publicam salvam esse vellent, arma capere et se sequi (consules) iubent; Rabir. 20. „quem ego sum secutus"; Flacc. 81. te, nomen, imperium, vocem, aspectum impetum, tuum stans senatus equitesque Romani et omnes boni sequebantur; har. resp. 22. „habebit senatus in hunc annum quem sequatur"; Sest. 20. vos sequor, patres conscripti; prov. cons. 25. hunc .. ut sequerer properavi, quem praesentes non sunt secuti; Phil. I, 10. homines ... L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos; ib. 14. quid fuit causae cur in Africam Caesarem non sequerere? ib. II, 71. qui (milites veterani) primi Caesarem secuti sunt; ib. V, 28. qui (milites) C. Caesarem secuti essent; ib. VII, 10. quae (pestes) sequuntur Antonium; ib. VIII, 9. qui (veterani) ... secuti sunt C. Caesarem; ib. XI, 37.

alqd: quam ob rem videantur illi non nihil tamen deferendo nomine secuti; Sex. Rosc. 8. quid vos sequi conveniat intellegetis; ib. 34. ut ... quid sequi possitis habeatis; div. Caec. 10. tantum dico, secutum id esse Neronem et eius consilium; Verr. I, 72. quid igitur in iudiciis sequemur? ib. 128. minimum ut sequamur; ib. III, 116. quid ut secuti esse videamini? Font. 32. ut id esse secutos iudices dicas; Cluent. 97. quid igitur censores secuti sunt? ib. 126. est .. bonorum ... civium ... ea .. qui secutus sit, laude ... dignum iudicare; Rabir. 3. quod vos inviti secuti estis; Phil. I, 13. quod .. habebat uterque quid sequeretur; ib. II, 38.

aditum: qui aditum huius loci conspectumque vestrum ... non vehementer secuti sunt; leg. agr. II, 6.

adoptiones: quas adoptiones ... hereditates nominis, pecuniae, sacrorum secutae sunt; dom. 35.

aequitatem: quod illi iudices multo in leviore causa statuerunt aequitatem secuti; Verr. II, 109.

amicitiam: „nos semper ... amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus"; Verr. V, 124.

arma: neque .. ego illa nec ulla umquam secutus sum arma civilia; Marcell. 14.

artes: quas (artis) in emendo secuti sumus; Planc. 62.

aspectum: ſ. alqm; har. resp. 22.

auctores: servitutis auctores sequi non debetis; Phil. X, 18.

auctoritatem: ſ. **auctoritas,** II, 1. sequor (4 St.) B. I, S. 337.

causam: quam (causam) secutus erat; Ligar. 27.

condicionem: quam (condicionem vitae) secuti petitionem reliquissent; Cluent. 154. si illam accusationis condicionem sequar; Planc. 6. qui suo iudicio essent illam condicionem vitae secuti; Rab. Post. 16.

consensum: qui ante sequi populi consensum solebant; Phil. I, 37.

consilia: huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti, in eo me loco, in quo ... fueram, ... reposuistis; Quir. 17.

conspectum: ſ. aditum.

consulem: neminem esse dico ex his omnibus, qui ... Romae fuerit, ... quin consules secutus sit; leg. agr. III, 31. milites cum gladiis sequuntur consulem; Phil. VII, 13.

crimina: quid, iudices non crimina, non testis, non existimationem populi Romani sequentur? Verr. a. pr. 20.

duces: quos (duces) veterani sequuntur; Phil. X, 16. absunt tot perditi cives, nefarium secuti ducem; ib. XII, 13. ſ. alqm; Phil. I, 14.

exemplum: ſ. **exemplum,** II, 1. sequor (4 St.) B. II, S. 363, b. — existimationem: ſ. crimina.

facta: fortis et sapientis viros non tam praemia sequi solere recte factorum quam ipsa recte facta; Milo 96.

famam: eandem illam famam iudicii corrupti secuti sunt; Cluent. 133.

fidem: quam (fidem) quoniam ... secuti sunt; Phil. XIV, 30. ſ. amicitiam.

fortunas: ut hi fratres diversas sententias fortunasque sequerentur; Ligar. 34.

furorem: ager Picenus universus utrum tribunicium furorem an consularem auctoritatem secutus est? Rabir. 22.

hominem: hominem sum secutus privato consilio; Marcell. 14. quis (miles fuit) qui non indoluerit tam sero se quam nequam hominem secutus esset cognoscere? Phil. II. 61.

imperatorem: neque ei tam praedonum impetum fugiebant, quam imperatorem sequebantur; Verr. V, 90.

imperium: qui (milites veterani) illius auctoritatem, imperium, nomen secuti pro re publica arma ceperant; Phil. XI, 20. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta ... belli principia firmavit; ib. XII, 9. ſ. alqm; har. resp. 22.

impetum: ſ. alqm; har. resp. 22.

institutum: ne quis reperiretur qui [istius institutum] sequi vellet; Verr. I, 111.

interdictum: perge porro hoc idem interdictum sequi; Caecin. 59.

interitum: id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur; har. resp. 54.

iudices: neque enim quicquam aliud in hac lege nisi editicios iudices es secutus ‖ adsecutus es ‖; Planc. 36.

iudicium: vos nunc utrum illorum iudicium

Digitized by Google

an voluntatem sequi malitis considerate; Verr. II, 175. tua sequar iudicia; ib. V, 19. qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt; Cluent. 106. huius (patriae) tu neque auctoritatem verebere nec iudicium sequere? Catil. I, 17.

libertatem: quae legiones ... libertatem populi Romani, virtutem Caesaris secutae sunt; Phil. III, 8. non illi ... libertatem populi sequebantur: ib. XIII, 33.

militum: Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi ... secutus est; Muren. 19.

monumenta: haec tu ... M. Bruti sceleris vestigia quam monumenta maiorum sapientiae sequi maluisti; leg. agr. II, 98.

nomen: ſ. alqm; har. resp. 22. imperium; Phil. XI, 20.

nutum: ſ. imperium; Phil. XII, 9.

officium: ita fit ut adsint propterea, quod officium sequuntur; Sex. Rosc. 1.

orationem: etiam si sequi minus audebitis orationem ... meam; Phil. I, 15.

otium: qui (homines) ... otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt; Muren. 55.

pestem: hanc pestem agmen armatorum sequebatur; Phil. V, 18.

praemia: ſ. facta.

quaestum: qui ... et quaestum et sumptum Gallonii sequi maluerunt; Quinct. 94.

rationem: illam rationem in imperando sumptu et Pompeius et Flaccus secutus est; Flacc. 32. quam rationem pari virtute ... P. Sestius secutus, pro mea salute ... nullas sibi inimicitias, ... nullum vitae discrimen vitandum umquam putavit; sen. 20. qui hanc sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti sumus; Cael. 40. quam (rationem) in decernendo secuti sumus; Planc. 39.

scelus: ut quisquam poenam quae sequeretur id scelus scire posset; har. resp. 38.

scriptum: scriptum sequi calumniatoris esse, [bonique] iudicis voluntatem scriptoris ... defendere; Caecin. 65.

sectam: quam tandem auctoritatem, quam vocem, cuius sectam sequi ... potissimum velles? Rabir. 22. quotus .. quisque est qui hanc in re publica sectam sequatur? Flacc. 104. sunt principes consilii publici, sunt qui eorum sectam sequuntur ... optimates; Sest. 97. ſ. rationem; Cael. 40.

senatum: „quem (senatum) secuti sumus"; Milo 94. (legio) senatum .. secuta non arbitrabitur ..; Phil. XII, 8.

sententiam: ſ. **sententia,** II, 1. sequor (13 St.) S. 457, a.

sumptum: ſ. quaestum.

tabulas: ut (vir improbus), cum sciens perperam iudicarit, testem tamen aut tabulas secutus esse videatur; Caecin. 71.

testes: ſ. crimina. tabulas.

tranquillitatem: ſ. otium.

verbum: si verbum sequi volumus; Caecin. 49.

vestigia: ſ. monumenta.

viam: si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in re publica viam, quae popularis habetur, secutus est; Catil. IV, 9.

virum: quem (virum) nos omnes secuti sumus; Deiot. 12.

virtutem: ſ. libertatem; Phil. III, 8.

vitam: se ... vitam illam tranquillam et quietam sequi maluisse; Cluent. 154. „hanc vitam quietam atque otiosam secuti sumus"; Rab. Post. 17.

vocem: ſ. alqm; har. resp. 22. sectam; Rabir. 22.

voluntatem: ſ. iudicium; Verr. II, 175.

IV. **mit doppeltem Accuſativ:** an L. Tillius Cimber me est auctorem secutus? Phil. II, 27. reiecta mater amicam impuri filii tamquam nurum sequebatur; ib. 58.

series, Reihenfolge: quoniam habet seriem quandam et ordinem contracti negotii confectio ipsa tabularum; Scaur. 18.

serius, ernſthaft: quam multa seria (solent esse in epistulis), neque tamen ullo modo divolganda! Phil. II, 7.

sermo, Rede, Unterredung, Geſpräch, Gerede, Gerücht: I. **abſolut:** 1. **Subject:** cohaeret: sermo .. [et] familiaris et cotidianus non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur; Caecin. 52.

comprobat: quod (mendacium) profecto numquam hominum sermo ... comprobasset, nisi ..; Cael. 69.

conticescit: numquam de vobis eorum ... gratissimus sermo conticescet; Phil. XIV, 33.

dant: sermones (eius) ansas dabant, quibus reconditos eius sensus tenere possemus; Sest. 22.

defigit: quam (sententiam) populi sermo in animis nostris iam ante defixerat; dom. 9.

est: neminem vestrum ignorare arbitror .. hunc per hosce dies sermonem volgi atque hanc opinionem populi Romani fuisse; Verr. I, 1. quorum omnium hunc sermonem tum esse audiebamus; ib. 59. eius modi voluisti de te sermonem esse omnium ‖ hominum ‖; ib. V, 46. fuisse hunc tum hominum sermonem recordari potest; Cluent. 85. voltus erat ipsius plenus furoris. ... sermo adrogantiae; Muren. 49. ubi ... sermo insidiosus (est); Flacc. 87. de Alexandrinis esse video sermonem; har. resp. 34. erat hic sermo omnium: „est tamen rei publicae ... subsidium .."; Sest. 20. cum adfirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modo de P. Sestio accusando, sed nulla umquam de re fuisse; Vatin. 3. qui sermo alius in illo epulo fuit nisi hanc ... civitatem subiectam esse ... inrisioni tuae? ib. 31. scitis .. per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me Parilibus ... cum fascibus descensurum; Phil. XIV, 14.

habet: is, cuius etiam sermo testimonii auctoritatem habebat; Font. 24.

manat: manarat sermo in consilio pecuniae quandam mentionem inter iudices esse versatam; Cluent. 73.

moritur: ut iste interpositus sermo deliciarum desidiaeque moreretur; Cael. 76.

permanant, redundant: ut aliqui sermones hominum alienis bonis maerentium etiam ad vestras auris permanarent et in iudicio ipso redundarent; Balb. 56.

pervagatur: vestrae peregrinantur aures neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur? Milo 33.

refercit: sermo illius temporis ... aestatem unam ... auris refersit istis sermonibus; Rab. Post. 40.

valet: tantum eius sermo inquinatissimus et blanditiae flagitiosae valuerunt; Verr. III, 65. quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? Muren. 38.

ohne Verb: unde igitur ... iste sermo? Phil. XIV, 14.

2. **Prädicat:** sum: qui (voltus) sermo quidam tacitus mentis est; Piso 1.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** addo: adde istuc sermones hominum! Phil. XI, 23.

Digitized by Google

aspernor: servus ... sermonem Fabricii non est aspernatus; Cluent. 47.

audio: ut cum sermonem audierint omnem viri boni; Cluent. 78.

aufero: vestras .. et vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones ... se secum ablaturum esse dicit; Milo 95.

celebro: quod † sermo ‖ quam sermo ‖ hominum ad memoriam patrum [virtute] celebretur ‖ virtutem celebret ‖; Rab. Post. 2.

confero: an ille ... cum ullo aut sermones aut consilia contulit saepius? Phil. II, 38.

comtemno: praesertim cum iste ... omnium sermonem atque existimationem contempserit; Verr. I, 148.

desero: sermo paene est familiarium deserendus; Cael. 46.

dispergo, dissemino: ſ. 2. subicio.

dissipo: cum iste atque istius amici ... sermones eius modi ‖ huius modi ‖ dissipassent; Verr. I, 17. quod ... sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium ... contendisse a D. Laelio, ... ut ..; Flacc. 14.

effugio: cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit; Cael. 38.

facio: fit sermo inter eos et invitatio ..; Verr. I, 66.

fero: vix feram sermones hominum; Catil. I, 23. eorum ora sermonesque ... ferre non possumus; Phil. XII, 13.

fingo: hanc (nostram) ... societatem certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus diremerunt; dom. 28.

fugio: omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt; Sest. 111.

habeo: ut auctorem rumorem haberetis sermonemque hominum ‖ omnium ‖; Verr. III, 49. accusat eos, quod eius modi sermones de se habuerint; ib. V, 102.

induco: homo facetus inducis .. sermonem urbanum ac venustum, me dicere solere ..; dom. 92.

interpono: ſ. I, 1. moritur.

obliviscor: an vero obliti estis ... non modo inimicorum Milonis sermones et opiniones, sed non nullorum etiam imperitorum? Milo 62.

perfero: quem ad modum milites hibernent cotidie sermones ac litterae perferuntur; imp. Pomp. 39.

quaero: ſ. IV. alqd.

recordor: mihi .. recordanti Ser. Sulpicii multos in nostra familiaritate sermones ... videtur ..; Phil. IX, 13.

refero: refertur eius sermo ad Apronium; Verr. III, 61.

2. **Dativ:** inveterasco: quorum iam et nomen et honos inveteravit et urbi huic et hominum famae ac sermonibus; Sulla 24.

relinquo: in tam ... maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit; Flacc. 68.

subicio: ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocentium subiciendas putetis; Planc. 56.

3. **Ablativ:** prohibeo: ut ... omnes .., qui mecum illius gloriam ... salvam esse cupiebant, sermone atque aditu prohiberentur; Piso 76.

4. **mit Präpoſitionen:** abhorreo a: quod (genus dicendi) ... a forensi sermone abhorreat; Arch. 3.

adduco in: adductus erat in sermonem; Verr. III, 140.

degusto ex: qui aliquid ex eius sermone speculae degustarant; Cluent. 72.

do in: cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem; leg. agr. II, 12.

effero, eicio, emergo ex: qua ex vita vel dicam quo ex sermone ... (Caelius) emersit totumque se eiecit atque extulit; Cael. 75.

eruo ex: non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae; Muren. 16.

excipio ex: fortasse fecisti ut te ex populi sermone exciperes ‖ ut tu ex pop. serm. excideres ‖; Flacc. 82.

haereo in: quae (memoria) ... in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit; Catil. IV, 22.

insinuo in: ſ. do in.

intellego ex: acutus adulescens ex ipsius sermone intellexit quid fieri oporteret; dom. 115.

loquor de: nam quid ego de cotidiano sermone querimoniaque populi Romani loquar? Verr. I, 129.

sum in: erat in sermone res, magnam pecuniam Heraclio relictam; Verr. II, 35. res percrebruit et in ore atque sermone omnium coepit esse; ib. 56. (Brutus) erat ... in sermone omnium; Phil. X, 14.

valeo in: valeat (invidia) in opinionibus ac sermonibus imperitorum; Cluent. 5.

venio in: numquam ... commisisset ut propter eum in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret; Verr. IV, 13.

versor in: ſ. I, 1. pervagatur.

vindico ex: se ... ex omni hominum sermone ... vindicavit; Sulla 59.

III. **nach Adjectiven:** 1. expers: scis me ... illorum expertem temporum et sermonum fuisse; Sulla 11.

2. dignus: nemo illum ... sermone ... dignum iudicavit; Cluent. 41.

IV. **nach Subſtantiven:** alqd: ne Laelius ex his rebus ... putet aliquid oratione mea sermonis in sese aut invidiae esse quaesitum; Flacc. 13.

causa: hanc Palatinam Medeam eamque migrationem huic adulescenti causam sive malorum omnium sive potius sermonum fuisse; Cael. 18.

domicilium: qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius ... conlocarant; Piso 76.

indicia: quod ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent; Sest. 24.

lepos: non adimo (illis) sermonis leporem; Flacc. 9.

omen: o praeclare coniectum [a volgo] in illam provinciam omen communis famae atque sermonis! Verr. II. 18.

perturbatio: quanta autem perturbatio fortunae atque sermonis! Muren. 89.

societas: qui (cives Romani) .. sermonis ... societate iuncti sunt; Verr. V, 167.

varietas: nulla varietas est inter homines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis; Flacc. 96.

vestigium: in negotio ... nullum vestigium sermonis (est); Cael. 55.

V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** audire: si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi; Flacc. 13. audita et percelebrata sermonibus res est; Cael. 69.

celebrari: celebratur omnium sermone laetitiaque convivium; Verr. I, 66. quid? illa caedes Asuvii Larinatis ... quam clara tum ... fuit, quam omnium sermone celebrata? Cluent. 36. delatum [tum] est ad vos .. et post omnium sermone celebratum, quem ad modum ..; dom. 140. „quin hoc tempore ipso ... omni sermone celebramur;“ Milo 98.

confirmari: haec autem istius vituperatio ... confirmabatur eorum sermone ..; Verr. V, 101.

coniungi: cum interim Sulla cum eisdem illis

Digitized by Google

... ne mediocri quidem sermone et congressu coniungeretur; Sulla 16.

corrumpere: Apronius ipsum Metellum ... non sermone impuro atque improbo posset corrumpere; Verr. III, 158.

crescere: memoria vestra .. res nostrae alentur, sermonibus crescent; Catil. III, 26. quae (exspectatio) ... studiis sermonibusque competitorum creverat; Muren. 37.

declarari: ubi (Clodius) ... id .. intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani saepe esse declaratum; Milo 25.

deduci: hoc [ille] natus ... adsiduis domesticorum sermonibus in paternae vitae similitudinem deductus est; Rab. Post. 4.

delectari: at sermone, at litteris, at humanitate eius delectamini; Verr. III, 8.

dirimere: ſ. II, 1. fingo.

divolgari: inimici hanc rem sermonibus divolgari voluerunt; Font. 20.

eructare: qui mihi accubantes in conviviis ... eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis incendia; Catil. II, 10.

gerere: ille damnatus ita se gerebat ... consiliis et sermonibus ..., ut ..; Sulla 15.

intellegere: quantum sermonibus volgi et suffragiis intellegere potui; Sest. 113.

percelebrari: ſ. audire; Cael. 69.

percrebrescere: quae (opinio) ... apud exteras nationes omnium sermone percrebruit; Verr. a. pr. 1.

refercire: ſ. I, 1. refercit.

versari: scio me in rebus celebratissimis omnium sermone versari; Phil. II, 57.

vocari: quod ... mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur; leg. agr. II, 95.

usurpare: soleo saepe ante oculos ponere idque libenter crebris usurpare sermonibus; Marcell. 5.

2. **Präpoſitionen:** a: quorum impunitas fuit non modo a iudicio, sed etiam a sermone; Rab. Post. 27.

ex: ex his adsiduis eius cotidianisque sermonibus ... statuebam sic ..; Sest. 24. rapientur homines in haec iudicia ex omni non modo invidia, sed sermone malevolorum; Rab. Post. 18.

in: ausum esse in aede Castoris ... in eo loco, in sermone hominum, audaciae suae monumentum aeternum relinquere? Verr. I, 129. primum ipse in Sicilia saepe ... dixerat et in sermone multis demonstrarat; ib. II, 102. ni vererer ne forte plura de isto ab aliis in sermone quam a me in iudicio vos audisse diceretis; ib. IV, 55. in ipso sermone hoc ... mortua est; Cluent. 30. quid .. in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est quam ...? Flacc. 65. quos tamen ipsi consules in omni sermone laudabant; Phil. I, 6.

praeter: quid igitur censores secuti sunt? ne ipsi quidem ... quicquam aliud dicent praeter sermonem atque famam; Cluent. 126.

sermocinor, ſich unterreden: libenter ait se esse facturam et cum isto se ‖ se cum isto ‖ diligenter sermocinaturam; Verr. I, 138.

sermunculus, Geſchwätz: nonne intellegis, Caesar, ex urbanis malevolorum sermunculis haec ab istis esse conlecta? Deiot. 33.

sero, ſäen, beſäen, pflanzen, bepflanzen: I. alqs: quam diu intellegebant sese sibi et populo Romano, non Verri et Apronio serere; Verr. III, 121. per quas (litteras) hortatur ... ut serant; ib. 44. qui vobis laborant, vobis serunt ‖ serviunt ‖; ib. 102.

II. alqd: intellegetis ... sexiens tanto ‖ tantum ‖ quam quantum satum sit oblatum esse ab aratoribus; Verr. III, 102. tum fit ut tantum decumae sit quantum severis; ib. 112. nisi ab eis hoc petivisset, ut sererent quam plurimum; ib. 121. id ipsum, quod satum est, qua ratione quisquam qui sereret inventus est? ib. 124. UT ARATORES, QUI RELIQUI ERANT, QUAM PLURIMUM SERERENT; ib. ut quam plurimum sereret; ib. 125.

iugera: quot iugera sint sata; Verr. III, 112. primum illud dico, pluribus milibus medimnum venisse decumas agri Leontini, quam quot milia iugerum sata essent in agro Leontino; ib. 113. ut pluribus aliquanto medimnis decumas emerent quam iugera erant sata; ib.

medimnum: in iugero Leontini agri medimnum fere tritici seritur perpetua atque aequabili satione; Verr. III, 112.

sero, ſpät, zu ſpät: I. coepi: cum ... Pompeius ... sero .. ea sentire coepisset, quae multo ante provideram; Phil. II, 24.

cognosco: quis (miles fuit) qui non indoluerit tam sero se quam nequam hominem secutus esset cognoscere? Phil. II, 61.

convoco: serius omnino ... quam tempus rei publicae postulabat, aliquando tamen convocati sumus; Phil. III, 1.

cupio: qui sero, iam exhausto illo poculo mortis, cum ... testamentum .. mutare cuperet; Cluent. 31.

decerno: eadem, sed fortasse serius decernetis; Phil. V, 34.

diiudico: de rationibus ... societatis volt diiudicari: sero, verum aliquando tamen; Quinct. 43.

do: serius populo Romano ... arma dedimus quam ab eo flagitati sumus; Phil. X, 19.

doceo: qui te nunc sero doceant, iudices non sero, illum P. Gavium ... civem Romanum ... fuisse; Verr. V, 164.

excito: hic aliquando ‖ aliquanto ‖, serius quam ipse vellet, Cn. Pompeius ... excitavit illam suam ... consuetudinem rei publicae bene gerendae; Sest. 67.

facio: reperietis eos, qui sine repulsa consules facti sunt, ... esse factos ... aliquanto serius, quam per aetatem ... liceret; leg. agr. II, 3. erit verendum mihi ne non hoc potius omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat; Catil. I, 5.

iacio: ieci ... fundamenta rei publicae, serius omnino quam decuit, ... sed tamen ..; Phil. V, 30.

muto: ſ. cupio.

pervenio: vix, sero et raro ad manus pervenitur; Sest. 77.

pudet: verum et sero et nequiquam pudet; Quinct. 79.

redimo: haec omnia sero redemit Apollonius; Verr. V, 24.

sentio: ſ. coepi.

suborno: falsum subornavit testem Roscius Cluvium. cur tam sero? Qu. Rosc. 51.

sum: pacis equidem semper auctor fui, sed tum sero; Ligar. 28.

venio: etsi incidamus .. media, ne nimis sero ad extrema veniamus; Phil. II, 47. venit tempus, .. serius omnino, quam dignum populo Romano fuit, sed tamen ita maturum ..; ib. VI, 19.

volo: ſ. diiudico.

II. sapiens: si quidem *non* tam semper stulti quam sero sapientis est ..; Rab. Post. 24.

serpens, Schlange: I. delitiscit, al.: iam ista serpens, quae tum hic delitiscit, tum se

Digitized by Google

audio: tum vos audiretis, sicut audistis; Verr. I, 29. Cn. Lentulus Marcellinus dissuasit, sicut ipsum dicere audistis; Verr. IV, 53.

coepi: tum ab Staieno, sicut ab homine ad

Digitized by Google

excogitandum acutissimo, ... auxilium ... petere coepit; Cluent. 67.

cogito: nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima belua cogitare; Phil. VI, 7.

cogo: video vos, .. sicuti res ipsa cogit, commoveri ... orationis impudentia; leg. agr. III, 10.

commemoro: sic est iusta causa belli, sicuti Crassus commemoravit cum Iugurtha fuisse; Fr. B. XVI, III, 1.

condono: quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum, condonaras; Verr. III, 85.

confido: si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra aequitate nixi confidimus; Cluent. 156.

confiteor: cum .. mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse ex fatis se sperasse confessus est; Catil. IV, 12.

confugio: qui ... sicut in aram confugit in huius domum; Qu. Rosc. 30.

coniungo: quae (Sicilia) ... erat mihi sicut domus una coniuncta; Planc. 95.

conor: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est; Verr. II, 139.

debeo: vos attenditis et auditis silentio, sicut facere debetis; Cluent. 156. si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris fuit, sicuti esse debuit, quam aedilitas; Planc. 50. cui (L. Racilio) quidem ego, sicuti Plancio, numquam dissimulavi me plurimum debere; ib. 77. ſ. cogito.

decerno: decernerem plane, sicut multa consulibus, alterum ambove; Phil. XI, 26.

declaro: habuit in matrimonio Caesenniam ... probatissimam feminam, sicut .. ipse ... declaravit; Caecin. 10. consules post hominum memoriam taeterrimi atque turpissimi, sicut et illa principia et hi recentes rerum exitus, declararunt, ... a bonis omnibus defecerant; Planc. 86.

dico: sicuti [Siculi] multi primarii viri multa dixerunt; Verr. II, 149. licet iste dicat emisse se, sicuti solet dicere; ib. IV, 133. quasi hoc tempore haec causa primum dicatur, sicuti dicitur; Cluent. 8. est invidiosa lex, sicuti dixi; leg. agr. III, 5.

do: tabella modo detur nobis, sicut populo data est; Phil. XI, 19.

existimo: rogant. ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis ..; imp. Pomp. 13.

expeto: quod si provinciae consulibus expetendae videntur, sicut saepe a multis clarissimis viris expetitae sunt; Phil. XI, 24.

expono: haec, sicuti exposui, ita gesta sunt; Milo 30.

facio: sicuti faciam; Verr. III, 26. praesertim si, sicut nunc || si, ut nunc || fit, custodes amicorum eum sectabuntur; ib. 162. nunc eadem illa ... diligenter, sicut adhuc fecistis, attendite; ib. IV, 102. sicut apud maiores nostros factum est; ib. V, 48. quod ut illi ... perpetuum sit, ... sicuti facitis, ... optare debetis; imp. Pomp. 48. quaero, ut me, .. sicuti facere instituistis, benigne ... audiatis; Cluent. 8. multorum te .. oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient; Catil. I, 6. sicut et tu ipse nuper et multi viri boni saepe fecerunt; Flacc. 86. horum ego faces eripere de manibus et gladios extorquere potui, secuti feci; Sulla 28. huius te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in conlega meo; Piso 12. ſ. debeo; Cluent. 156.

fero: cum ... habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat; Verr. I, 40. sicut opiniones hominum ... ferunt; ib. V, 187.

habeo: sicut aliis in locis parum firmamenti ... veritas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet; Cluent. 5.

immolo: quae (hostiae) ab his praetoribus de tribunali, sicut a nobis consulibus, ... immolabantur; leg. agr. II, 93.

inrideo: inridebatur haec ... persona viri boni suscepta, sicut in statuis inauratis; Cluent. 101.

instituo: ſ. facio; Cluent. 8.

intendo: quamvis .. intentus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est; Phil. XI, 22.

intueor: omnes ... Cn. Pompeium sicut aliquem ... de caelo delapsum intuentur; imp. Pomp. 41.

iubeo: „rationes ad aerarium continuo, sicut lex tua iubebat, detuli"; Piso 61.

iudico: accusatur is, qui non abstulit a rege, sicut Gabinius iudicatus est, ... pecuniam; Rab. Post. 38.

licet: si licuit, sicuti certe licuit ..; Flacc. 59.

loquor: cum ... intentus *est* arcus in me unum, sicut volgo ignari rerum loquebantur, re quidem vera in universam rem publicam; Sest. 15.

malo: ea si tu non es, sicut ego malo; Cael. 50.

maneo: cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni, manet; Phil. II, 11.

memini: ut non auderet, sicut meministis, iterum dicere ..; Caecin. 28.

necesse est: qui quamquam de homine, sicut necesse erat, existimabant; Cluent. 49.

obiurgo: obiurgavit M. Caelium, sicut neminem umquam parens; Cael. 25.

ostendo: sicut ostendam; Verr. III, 38.

paenitet: sicuti non numquam me quoque erroris mei paenitet; Cael. 14.

pario: adflicto P. Sulla consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est; Sulla 49.

pervenio: quis potest dubitare quin ad istum praedonem frumentarium, sicut Agyrinense frumentum, pervenerit? Verr. III, 76.

peto: multa est ab eo petita, sicut ab Iunio; Cluent. 103. ſ. coepi.

postulo: habemus .. a Caesare, sicut ipsius dignitas ... postulabat, sententiam ..; Catil. IV, 9. illam .. gravitatis ... personam ... sustinui, sicut huius imperii dignitas ... postulabat; Mur. 6.

puto: eam .. animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem; dom. 97.

quaero: quaero abs te, sicut modo in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus ..; Verr. I, 118.

reduco: non reducti sumus in patriam, sicut non nulli clarissimi cives, sed equis insignibus et curru aurato reportati; sen. 28.

reperio: Oppianicus, ut erat, sicuti ex multis rebus reperietis, singulari scelere; Cluent. 28.

reticeo: quae (HS 15c) ille cum accepisset .... sicut in Oppianici iudicio postea, reticuit atque suppressit; Cluent. 99.

scio: ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro iudiciisque ita verser ..; div. Caec. 41. mihi ... cum altero .., sicuti plerique vestrum sciunt, magnus usus (est); Cluent. 117. fuit .. ille vir, ... sicuti scitis ..., admirandus; Phil. II, 69.

scribo: si est hoc novum in lege [Iulia], sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus; Rab. Post. 8.

sequor: quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hereditates ... secutae sunt; dom. 35.

soleo: sinite ..., sicut poëtae solent, ... praeterire me nostram calamitatem; imp. Pomp. 25. ſ. dico; Verr. IV, 133.

sum: quamvis ille felix sit, sicut est; Sex. Rosc. 22. quod homines etiam locupletes, sicut

Digitized by Google

ille est, in Sicilia facere consueverunt; Verr. III, 53. equestres sunt medio in foro Marcellorum statuae, sicut fere ceteris in oppidis Siciliae; ib. IV, 86. reliquos si, sicut consuetudo est, universos ad palum adligasset; ib. V, 71. quarum erat in illis locis, sicuti in magna parte Siciliae, multitudo; ib. 87. sicut erat nuper consuetudo; ib. 93. ut de felicitate, ... sicut aequum est homines de potestate deorum, timide et pauca dicamus; imp. Pomp. 47. quo in genere, sicut in ceteris rei publicae partibus, est operae pretium diligentiam maiorum recordari; leg. agr. II, 73. ut aditus ad consulatum .., sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret; Muren. 17. Capuaene te putabas ... consulem esse, sicut eras eo tempore, an Romae? sen. 17. amicus esse, sicut semper fui, rei publicae debeo; prov. cons. 19. erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio; Marcell. 29. si .. (poena) est in exsilio, sicuti est, quid amplius postulatis? Ligar. 13. nam etiam malo multi digni, sicut ipse; Phil. III, 22. quamvis impii nefariique sint, sicut sunt; ib. IV, 9. tibi cum Lepido societas aut cum ullo ... bono cive, sicut ille est? ib. XIII, 34. ſ. debeo; Planc. 50.

sumo: frumentum ab eis sumpseritne C. Verres, ... sicuti superiores? Verr. IV, 150.

supprimo: ſ. reticeo.

versor: atque utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos *es*, sic nunc horum te offeras mentibus! Scaur. 49.

video: videamus nunc strictim, sicut cetera, quae post mortem Sex. Roscii abs te ... facta sint ‖ facta sunt ‖; Sex. Rosc. 95. in foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Tremuli ... ante Castoris; Phil. VI, 13.

Lücke: * sicut, videtis edictum; Verr. II, 34.

sigillatus, mit Bildern verziert: „iubet me scyphos sigillatos ad praetorem statim adferre“; Verr. IV, 32.

sigillum, Figur, Bild: I. sunt: apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia; Verr. IV, 48.

II. avello: sed tamen ... sigillis avolsis reliquum argentum sine ulla avaritia reddidit; Verr. IV, 48.

tollo: duo tamen sigilla perparvola tollunt; Verr. IV, 95.

III. patella cum: qua in domo haec non essent, ... patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum, patera ..; Verr. IV, 46.

signifer, Fahnenträger, Anführer, Leiter: 1. audet: qui cum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? Milo 90.

2. sum: sit in eius exercitu signifer; Verr. II. 77. qui esset futurus dux et signifer calamitosorum; Muren. 50. cum princeps, cum auctor, cum signifer esset iuventutis; Sulla 34. quis est Sergius? armiger Catilinae, ... signifer seditionis ..; dom. 13. qui nostrae causae duces et quasi signiferi fuissent; Planc. 74.

significatio, Zeichen, Andeutung, Kundgebung: I. declarat: haec populi Romani tanta significatio ... quid declaravit nisi ..? Sest. 125. quoniam significatio vestra satis declarat quid hac de re sentiatis; Phil. XIV, 6.

est: quae tum significatio fuerit omnium, quae declaratio voluntatis ab universo populo Romano ... equidem audiebam; Sest. 122.

II. corrumpo: comitiorum et contionum significationes sunt nön numquam vitiatae atque corruptae; Sest. 115.

refero: ut in eis rebus ... nulla significatio furti ... referatur; Font. 5.

reperio: nullius in tabulis ulla huius furti significatio ... reperietur; Font. 3.

vitio: ſ. corrumpo.

III. fretus: quae quidem ego neque mea prudentia neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, .. sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus; Catil. II, 29.

IV, 1. adligari: equidem nihil tam proprium hominis existimo quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiae significatione adligari; Planc. 81.

decorari: quibus .. consistere in operarum contionibus non liceat, eos omni populi Romani significatione decorari; Sest. 127.

denotare: qui ... una significatione [litterarum] civis Romanos necandos ... denotavit; imp. Pomp. 7.

florere: temporibus illis, qui populares erant, ... populi iudiciis atque omni significatione florebant; Sest. 105.

2. in: qui ... cum ... testamentum .. mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis est mortuus; Cluent. 31.

significo, bezeichnen, andeuten, zu erkennen geben: I. **absolut:** alqs: ut ipse non solum vita, sed corpore atque ore significat; Verr. III, 22.

canes: ut (canes) significent si fures venerint; Sex. Rosc. 56. significant tamen, si qui noctu in Capitolium venerint; ib.

epistula: ut ipsa (epistula) significat; Verr. III, 154.

II. **mit Ergänzung: 1. indirecte Frage:** istae ipsae leges ... significant quam noluerint maiores nostri ... hominem occidi; Tull. 49. omnibus rebus ... populus Romanus significat quid sentiat; Flacc. 96. cum (Q. Metellus) ... significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella mihi; Cael. 59. quae studia ... in adulescentia ... significant quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae; ib. 76. ſ. III. alqd; Sest. 10.

2. **accus. c. infin.:** hoc significant atque adeo aperte ostendunt, esse ad statuas tuas pecuniam ... invitissimos contulisse; Verr. II, 148. quae (tabulae) significant multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio fecisse; ib. 186. ne id quidem satis significat illum non suum negotium gessisse? ib. III, 112. quod (vestigium) significet pecuniam M. Fonteio datam; Font. 12. ludos esse pollutos significastis ac plane dicitis; har. resp. 25. significat se illi esse amicissimum; ib. 51. idem (accusatores) .. significant nihil se te invita dicere; Cael. 35. gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat; Balb. 14. cum omnes ... significarent se ... memoriam veteris doloris abiecisse; Phil. I, 30.

III. **mit Object:** alqm: non .. credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidem; Flacc. 45. hinc intellegetis nulla tenuissima suspicione describi aut significari Cornelium; Fr. B. VI, 52.

alqd: quid haec amentia, quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat? Quinct. 82. quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat? Sex. Rosc. 97. nam id significare nutu videtur; Verr. III, 26. hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; ib. 213. video quosdam .. strepitu significare nescio quid; leg. agr. III, 2. quod .. ex aliquo diiuncto diversoque monstro significatum caveremus, id ... non pertimescemus? har. resp. 26.

Digitized by Google

et quaerimus di immortales quae loca desiderent, quid significent? ib. 32. ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris, quidnam, cum se conroborarit, effectura esse videatur; Sest. 10. est aliquid etiam de virtute significatum tua; Planc. 52. (Clodius) significavit hoc saepe in senatu; Milo 26. ſ. II, 2. Verr. II, 148.

adventum: non enim ... praedonum adventum significabat ignis e specula sublatus; Verr. V, 93.

calamitatem: prope lugubri verbo calamitatem provinciae Siciliae significat; Verr. III, 126.

contumaciam: an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia? Verr. IV, 89.

curam: ut non solum testimonium suum iudiciumque significent, verum etiam curam animi ac dolorem; Cluent. 196.

dignitatem: si dignitas significaretur in nomine; Phil. II, 70.

dolorem: ne (homines) hunc suum dolorem veste significarent; Sest. 32. huius in periculo non significarem dolorem meum? Planc. 76. ſ. curam.

insolentiam: ſ. contumaciam.

iudicium: tribus locis significari maxime populi Romani iudicium ac voluntas potest, contione, comitiis, ludorem gladiatorumque consessu; Sest. 106. ſ. curam.

largitionem, liberalitatem: quae (benignitas) liberalitatem magis significat quam largitionem; Muren. 77.

religionem: quae (arulae) cuivis religionem sacrarii significare possent; Verr. IV, 5.

res: videtis .., hoc uno verbo UNDE significari duas res, et ex quo et a quo; Caecin. 88.

sententiam: cum tu ... verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis; Piso 9.

studia: quae (studia) voltu et verbis saepe significassent; Milo 4.

stultitiam: cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit; leg. agr. II, 30.

superbiam: ſ. contumaciam.

suspicionem: voltu .. laboratis ne qua significari possit suspicio cupiditatis; Font. 28.

testimonium: ſ. curam.

vestigium: ut obiectum nihil sit quo significari vestigium libidinis ... possit; Font. 40.

virum: quem (virum) ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset; Font. 39.

voluntatem: maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem; Verr. a. pr. 45. qui hominis ... seditiosi imagine ... suam significaret imitandae improbitatis voluntatem; Rabir. 24. parumne haec significant incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Phil. I, 36. ſ. iudicium.

signo, prägen: erat ea navis ... plena argenti facti atque signati; Verr. V, 63.

signum, Zeichen, Merkmal, Spur, Vorzeichen, Feldzeichen, Signal, Bild, Siegel, Sternbild: I. **absolut:** 1. comparent: signa ... comparere || comparare || omnia; Verr. I, 132.

conspicit: si illud signum ... solis ortum ... conspiceret; Catil. III, 20.

delabitur: quod (signum) de caelo delapsum Vestae custodiis continetur; Phil. XI, 24.

delectant: signa ... Graecos homines nimio opere delectant; Verr. IV, 132.

est: sunt et haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta; div. Caec. 29. quae signa nunc, Verres, ubi sunt? Verr. I, 51. ex quibus quaererem signa scirentne *ibi* fuisse, quae *nunc* non essent? ib. dices tua quoque signa ... ornamento urbi foroque populi Romani fuisse; ib. 58. erant signa ex aere complura; ib. II, 87. nego in Sicilia tota ... signum ullum aëneum, marmoreum, eburneum (fuisse); ib. IV, 1. in quo (sacrario) signa pulcherrima quattuor (erant); ib. 4. signum erat hoc, quod dico, Cupidinis e marmore; ib. 5. erant aënea duo praeterea signa; ib. esse illa signa domi suae; ib. 16. erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; ib. 74. in eo sacrario intimo signum fuit Cereris perantiquum; ib. 99. ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt; ib. 110. praeterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberae signumque Apollinis; ib. 119. si recordari volueritis quanta religione fuerit eadem specie ac forma signum illud; ib. 129. in urbe nostra quod signum, quae tabula picta est quae non ab hostibus victis capta atque deportata sit? Verr. V, 127. litterae ... integris signis praetoribus traduntur; Catil. III, 6. quo (signo) salvo salvi sumus futuri; Phil. XI, 24. ſ. IV, 1. alqd.

videntur: mihi ... illa certissima visa sunt argumenta ... sceleris, tabellae, signa, manus; Catil. III, 13.

2. sum: utrum hoc signum cupiditatis tuae an tropaeum necessitudinis atque hospitii an amoris iudicium esse voluisti? Verr. II, 115. „est vero“ inquam „notum signum, imago avi tui“; Catil. III, 10. cum etiam ea argumentatus amoris esse hoc signum, *quod* cognominibus tantum uteretur; dom. 22. quod esset signum magis istorum quam publicae libertatis; ib. 112. hoc ... summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod ... malui; Sest. 49. haec sunt [indicia], iudices, solida et expressa [haec] signa probitatis; Planc. 29. nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse signum videbitur; Phil. V. 26.

II. **nach Verben:** 1. adumbro: habuit .. ille (Catilina) ... permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum; Cael. 12.

amitto: quid Tarentinos (merere velle), ut Europam in tauro amittant? ... quid Thespienses, ut Cupidinis signum? Verr. IV, 135.

animadverto: casu signum iste animadvertit in cretula; Verr. IV, 58.

attingo: ut ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum ... attingeres; Verr. II, 113. qui illud signum auderet attingere; ib. IV, 77.

audio: receptui signum ... audire non possumus; Phil. XIII, 15.

aufero: ſ. **aufero,** III. signum (12 St.) W. I, S. 361, a.

capio: signum pulcherrimum Karthagine captum reponatur; Verr. IV, 82. ſ. I, 1. est. Verr. V, 127.

coëmo: omnia qui signa, tabulas pictas ... coëmeret; Verr. IV, 8.

cognosco: cetera signa et ornamenta cum cognoscerent; Verr. I, 59. ostendimus Cethego signum; cognovit; Catil. III, 10. (Statilius) cognovit et signum et manum suam; ib. ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum; ib. Lentulus .. et signum et manum suam cognovit; ib. 12.

confero: qui conlatis signis exercitus regios superare posse videatur; imp. Pomp. 66. qua in legatione duxit exercitum, signa contulit; Muren. 20. „hoc duce ... signa contulimus“; ib. 38. qui conflixit, qui signa contulit; Sest. 59. signa contulit cum Alexandrinis; Piso 49.

conloco: [illud signum] conlocandam consules illi locaverunt, sed tanta fuit operis tarditas,

Digitized by Google

ut ..; Catil. III, 20. quo (signo) conlocato atque ad vos ... converso omnia ... patefacta vidistis; ib. 21. Q. Marcius censor signum Concordiae fecerat idque in publico conlocarat; dom. 130.

conservo: qui (Brutus) ita conservandus est, ut illud signum; Phil. XI, 24.

contemno: contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur; Verr. II, 89.

contineo: ſ. I, 1. delabitur.

converto: ſ. conloco; Catil. III, 21.

custodio: quae ... tum .. Byzantii et postea signa illa ... sanctissime custodita tenuerunt; prov. cons. 6.

dedico: te monumentum fecisse in meis aedibus, te signum dedicasse; dom. 51. hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, conlegium vestrum consuluit num quid esse causae videretur quin id signum ... dedicaret; ib. 130. censor ... Concordiae signum volebat in curia curiamque ei deae dedicare; ib. C. Cassium censorem de signo Concordiae dedicando ad pontificum conlegium rettulisse; ib. 136.

demolior: signum ut demolirentur et Messanam deportarent, imperavit; Verr. IV, 84. demoliri signum ac vectibus labefactare conantur; ib. 94. horam amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur; ib. 95.

deporto: ſ. **deporto,** II. signum (6 St.) B. II, S. 72, b.

deprehendo: neque commisisset, ut signum, ut litterae suae testes manifesti sceleris deprehenderentur; Catil. III, 17.

destituo: haec, inquam, duo (signa) ... relicta ac destituta a ceteris signis; Verr. I, 61.

do: ſ. **do,** III, signum (11 St.) B. II, S. 147, a.

emo: ne haec quidem duo signa pulcherrima ... habes *dicere* quo modo emeris; Verr. I, 61. quid? illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodem Ileio [peripetasmata] emere oblitus es? licuit eodem modo, ut signa; ib. IV, 27.

exprimo: ſ. adumbro.

facio: quid? signum Paeanis ex aede Aesculapii praeclare factum ... non sustulit? Verr. IV, 127. etenim tria ferebantur in orbe terrarum signa Iovis Imperatoris uno in genere pulcherrime facta; ib. 129. ſ. conloco; dom. 130.

fero: ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; Verr. IV, 126.

habeo: hic ego non arbitror illum negaturum signa se plurima, tabulas pictas innumerabilis habere; Verr. I, 60. ut ... unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent; prov. cons. 7. nullum .. habes, Caesar, adhuc in Q. Ligario signum alienae a te voluntatis; Ligar. 6.

infero: condemnatus est is, qui Catilinam signa patriae inferentem interemit; Flacc. 5. ‚qui ... non iniustis ... sacramentis alienos fundos, sed ... signis inferendis petebat;' Milo 74. ille furens infesta iam patriae signa a Brundisio inferebat; Phil. V, 23.

inspicio: ut signum publicum inspexit praeclarus iste auctor suae civitatis; Flacc. 36. neque [enim] testis ipse signo inspecto falsum nos proferre dixit; ib. 37.

intendo: intenta signa legionum existimari cervicibus ac bonis vestris; Sest. 42.

labefacto: ſ. demolior; Verr. IV, 94.

mitto: ille arma misit, cornua, tubas, fascis, signa [legiones]; Sulla 17.

patefacio: haec (Mater magna) .. vobis ... periculorum signa patefecit; har. resp. 24.

polliceor: pollicetur signum; IV, 87.

pono: ſ. **pono,** II. signum (6 St.) B. III, S. 641, b.

praemitto: cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam ... scirem esse praemissam; Catil. II, 13.

reddo: qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant; Verr. IV, 6. Romae nuper ipsum istum esse pollicitum sese id signum legatis redditurum; ib. 92.

refero: ita iussisti .. ipsum in tabulas referre haec omnia signa; Verr. IV, 12.

relinquo: nullum signum domi reliquisti praeter duo; Verr. I, 51. hoc dico, nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse; ib. 53. eundem ... neque .. ullo in ... loco signum aut tabulam aut ornamentum reliquisse; Sest. 94. ſ. destituo.

reperio: in litore signa [illa] Apollinis reperiuntur; Verr. I, 46. cur in pari causa non paria signa criminis reperiuntur? Sulla 52.

repono: ſ. capio.

statuo: ut ... eo ipso tempore signum statueretur; Catil. III, 21.

teneo: tenentur litterae, signa, manus; Catil. IV. 4. ſ. custodio.

tollo: iam quae iste signa ... ex Achaia sustulerit non dicam hoc loco; Verr. I, 45. ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima; ib. 46. quae signa sustulit! ib. 50. quae signa atque ornamenta ex eis ‖ his ‖ urbibus sustulisses; ib. 54. quae signa atque ornamenta ex urbe hostium vi et virtute capta belli lege atque imperatorio iure sustulit; ib. 57. ut signa antiquissima ... ex oppido Thermitanorum ... tollerentur; ib. II, 85. cum Thespiadas ... ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret; ib. IV, 4. quae dico signa, antequam abs te sublata sunt, Messanam cum imperio nemo venit quin viserit ‖ viderit ‖; ib. 7. quod signum ab sociis pecuniae magnae sustulit; ib. 88. quid? Agrigento nonne eiusdem P. Scipionis monumentum, signum Apollinis pulcherrimum, ... sustulisti? ib. 93. hoc signum noctu clam istius servi ... sustulerunt; ib. 99. signa et tabulas ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit; imp. Pomp. 40. his omnibus ad bene de [omni] re publica sperandum quasi signum aliquod sustulisti; Marcell. 2. ſ. facio; Verr. IV, 117.

trado: ‚moriere virgis nisi mihi signum traditur'; Verr. IV, 85.

transfero: quae (signa) e balneo in cubiculum transferri non possent; Deiot. 21. ſ. dedico; dom. 130.

vendo: in auctione signum aëneum non maximum HS XL milibus venire non vidimus? Verr. IV, 14. ut haec signa venderet; ib. hoc signum Mercurii dicebat iste Tyndaritanos M. Marcello huic Aesernino vendidisse; ib. 91. nulla umquam civitas tota Asia et Graecia signum ullum ... sua voluntate cuiquam vendidit; ib. 133.

video: quod (signum) videtis; Catil. III, 20. maximum video signum cuiusdam egregiae familiaritatis; Cael. 31.

viso: ſ. tollo; Verr. IV, 7. imp. Pomp. 40.

2. asporto, avello ex: hoc (simulacrum) iste e signo Cereris avellendum asportandumque curavit; Verr. IV, 110.

pono sub: (nos) subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque positum [vectigal] servare non potuisse; leg. agr. I, 21.

quaero de: quaerit continuo de signo; Verr. IV, 85.

traduco ab: haec causa ... ab eis signis, quibus veritas inlustrari solet, ad testis tota traducta est; Cael. 66.

Digitized by Google

venio a: quis a signo Vortumni in circum maximum venit? Verr. I, 154.

III. **nach Adjectiven:** 1. plenus: Aspendum vetus oppidum et nobile in Pamphylia scitis esse, plenissimum signorum optimorum; Verr. I, 53. domus plena signorum pulcherrimorum iam ante praeturam; ib. IV, 36.

2. refertus: ſ. V, 1. ornari.

vacuus: signis et tabulis pictis erant vacuae (domus); Verr. I, 55.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. alqd: et id erit signi me invitum facere; Sex. Rosc. 83. quid signorum, quid marmoris apud illum putatis esse? ib. 133. quo tempore quidem signi satis dedit; Verr. I, 71. proinde quasi non satis signi esse debuerit ab omnibus eum fuisse desertum; Cluent. 109. cum .. hoc satis esset signi esse improbum, qui mutata veste non esset; Sest. 27. quid signi? Cael. 38.

aspectus, instructio: si ... saepe ... instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse ... audivimus; Caecin. 43.

magnitudo: non solum numerum signorum, sed etiam unius cuiusque magnitudinem ... litteris definiri vides; Verr. I, 57.

mercator: quoniam quidem in Achaiam ... mercator signorum tabularumque pictarum missus est; Verr. I, 60.

motus: quem ... neque sol ille nec caeli signorumque motus nec vicissitudines rerum ... movent; Milo 83.

numerus: ſ. magnitudo.

2. locus inter: ut sibi et liberis ... sit .. inter signa atque in acie locus; Balb. 40.

V. **Umſtand:** 1. cognosci: habetis hominem ... in utraque fortuna cognitum multis signis et virtutis et humanitatis; Caecin. 104.

commoveri: ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur, ... sic in hac comitiorum tempestate .. saepe intellegas quo signo commota sit; Muren. 36.

consignari: tabulae maxime signis hominum nobilium consignantur; Quinct. 25.

exornare: Siculorum urbis signis monumentisque pulcherrimis exornavit; Verr. II, 3.

immittere: nisi exercitum C. Caesaris ... signis infestis in curiam se immissurum minitaretur; har. resp. 47.

inferri: infestis prope signis inferuntur Galli in M. Fonteium; Font. 44.

inlustrari: quibus (signis) veritas inlustrari solet; Cael. 66.

lucere: cum res ipsa tot tam claris argumentis signisque luceat; Milo 61.

notari: ut discoloribus signis iuratorum hominum sententiae notarentur; Verr. a. pr. 40.

obsignare: SI ... TABULAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINUS MULTIS SIGNIS QUAM E LEGE OPORTET AD ME PROFERENTUR. ... si protulerit, uno signo ut sit minus quam ex lege oportet; Verr. I, 117. obsignat signis amicorum providens homo; Verr. V, 102. quas ego litteras obsignandas publico signo deportandasque curavi; ib. 140. testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit; Cluent. 41. triduo lex (litteras) ad praetorem deferri, iudicum signis obsignari iubet; Flacc. 21.

onustus: hic navis illa praedonis istius, onusta signis religiosis, ... frangitur; Verr. I, 46.

ornari: huius signis et tabulis forum comitiumque ornari? Verr. III, 9. ipsam .. urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis quis ignorat? prov. cons. 6.

refellere: signis luce omni clarioribus crimina refellemus; Cael. 22.

2. praeter: neque quicquam ex fano Chrysae praeter unum perparvolum signum ex aere desideratum est; Verr. IV, 96.

silentium, Stille, Ruhe, Stillſchweigen: I. est: neque molesto ferebant ... in foro silentium esse summum causarum atque iuris; Verr. V, 31. neque nos umquam ... tantis periculis rem publicam ... tanto silentio liberassemus; Catil. III, 17. omne illud silentium ... fuit ob eam causam, quod ..: Cael. 29.

II, 1. animadverto: animadvertis horum silentium? Catil. I, 20.

polliceor: illa arma ... non ... auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur; Milo 3.

pono: tu silentium perpetuum iudiciorum ac fori ... in maledicti loco pones? Piso 32.

tribuo: quod (silentium) est orationi tributum tuae; Cael. 29.

2. ignosco: quorum silentio ignosco; Phil. I, 15.

3. eum: erant autem convivia non illo silentio praetorum populi Romani atque imperatorum; Verr. V, 28.

utor: ſ. IV. finis.

III. dignus: nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conventu et silentio ... esse videatur; Cluent. 66.

IV. finis: diuturni silentii, ... quo eram his temporibus usus, ... finem hodiernus dies attulit; Marcell. 1.

V. agere: egit (P. Lentulus) causam ... tanto silentio, tanta approbatione omnium ..; Sest. 107. qui illas omnis res egi silentio; prov. cons. 29.

attendere: vos attenditis et auditis silentio; Cluent. 156.

audire: quod .. nostra defensio audiatur tanto silentio; Cluent. 93. quo silentio sunt auditi de me ceteri principes civitatis! Sest. 108. cum audiretur silentio M. Caelius; Milo 91. ſ. attendere.

condemnare: an amici tui tabellas abdiderint idemque silentio suo temeritatem atque audaciam tuam condemnarint; Piso 39.

dare: quid? avunculus tuus, ... credo, silentio, favente nobilitate || credo silente nobilitate || ... populo Romano dedit ... cooptandorum sacerdotum potestatem? Fr. B, VII, 5.

defendi: Caesaris mors facillime defenditur oblivione et silentio; Phil. XIII, 39.

dissimulari: cum ... ea .. non silentio consulum dissimularentur; Sest. 35.

pelli: cum civis is ... pelleretur, non dicam auxilio vestro, ... sed certe silentio; Piso 23.

praeteriri: ac ne haec quidem P. Sullae mihi videtur silentio praetereunda esse virtus, quod ..; Sulla 62. hoc .. recens edictum D. Bruti ... silentio non potest praeteriri; Phil. III, 8. ac ne illud quidem silentio ... praetereundum puto, quod ..; ib. XIII, 13.

praetervehi: quoniam periculosissimum locum silentio sum praetervectus; Phil. VII, 8.

sileo, ſtill ſein, ſchweigen, verſchweigen, ruhen: I, 1. unperſönlich: captum erat forum anno superiore: ... silebatur; Sest. 85.

2. alqs: patimur .. multos iam annos et silemus; Verr. V, 126. potero silere, .. potero dissimulare; Verr. V, 179.

civitates: paucae (civitates) et parvae et metu repressae silent; Verr. V, 57.

leges: silent .. leges inter arma; Milo 11.

populus: numquam ... populus Romanus hic, qui silet, consulem fecisset, si ..; Rabir. 18.

principes: siluerunt principes neque in illa contione adfuerunt; Flacc. 54.

Digitized by Google

servitia: servitia sileant; Flacc. 97.
studia: cuius desiderio ... omnia .. bonarum artium studia siluerunt; Vatin. 8.
II. de: ſ. **de,** I. sileo (11 St.) B. II, S. 12, b.
III. alqd: quae ... sileret omnia; Cluent. 18. quod ego praetermitto et facile patior sileri; Catil. I, 14.
merita: quamquam sunt in me praecipua merita multorum, quae silere nullo modo possum; sen. 30.
rem: ea res siletur; Flacc. 6.
scientiam: nec vero silebitur ... eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia; Phil. IX, 10.
viam: quae (via) cruentata antea caede ... innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpatur; Milo 18.
vitium: a Torquato .. hoc vitium sileretur; Sulla 25.

silva, Wald, Forſt: I. depopulor: quibus (servis) silvas publicas depopulatus erat; Milo. 26.
invenio: utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum pascuis invenisti? leg. agr. I, 3.
vendo: ‚veneat .. silva Scantia'; leg. agr. I, 3. silvam ... tu Scantiam vendas nobis consulibus ..? ib. qui prius silvas vendat quam vineas; ib. II, 48. silvam Scantiam vendis; res publica possidet; ib. III, 15.
II. in: quae (signa) ... in silva denique disposita sub divo vidimus; Verr. I, 51.

silvester, im Walde: coitio: quorum (Germanorum Lupercorum) coitio illa silvestris ante est instituta quam humanitas atque leges; Cael. 26.
tumuli: urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus; Catil. II, 24.

similis, ähnlich, gleich: A. **bei Subſtantiven:** alqs: qui quam ob rem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit, mirum mihi videtur || mihi nihil videtur ||; Qu. Rosc. 20. a Ballione aut aliquo eius simili hoc et postulare || hoc expostulare || et impetrare posses; ib. 50. cum in avaritia, scelere, periurio vos sui similis esse arbitretur; Verr. a. pr. 42. quem sui simillimum produxit; ib. I, 32. qui istius se similem dici vellet; ib. 117. cum || et cum || ipse secum sui similis duxisset non parum multos; ib. III, 22. quem in provincia tota Verres ... audacia sui simillimum iudicavit; ib. et ista vis Septicium et non nullos Septicii similis non coërcet; ib. 37. tantum modo aratoribus Metellus obsides non dedit, se non ulla in re Verris || Verri || similem futurum; ib. 124. quod cum imitatus esset, non ... patris similis putaretur; ib. 160. nam si in omnibus rebus innocens fuero meique similis; ib. 162. sin aliqua in re Verris similis fuero; ib. ut eum ... consuetudo tamen ac disciplina patris similem esse cogeret; ib. V, 30. ut ab his nummos acciperet ac sui similis esset; ib. 55. uti ... quisquam exsistat, nisi tui, Sexte, similis et stultitia et impudentia, qui ..; Caecin. 102. vos tamen similem sui eum fuisse in ceteris quoque vitae partibus existimare debetis; Cluent. 41. tum denique interficiere, cum iam nemo ... tam tui similis inveniri poterit qui id non iure factum esse fateatur; Catil. I, 5. si quis est qui Catilinae similis cum Catilina sentire non putet; ib. II, 6. quod si maiores nostri existimassent quemquam ... M. Bruti aut P. Rulli similem futurum; leg. agr. II, 89. ut aliquando non Torquatus neque Torquati quispiam similis ... sed ut aliquis patrimonii naufragus ... aliter indicata haec esse diceret; Sulla 41. ut, cum illius re similis fuisses, frontis tibi integimento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret; sen. 16. quid a si qui similis istius ... quem mei dissimilem ... adfixerit, domum eius per pontifices dedicarit; dom. 120. nisi eius, a quo missus eras, simillimus exstitisses; Piso 82. qui si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos ..; Ligar. 34. haec qui facit, .. ego eum ... simillimum deo iudico; Marcell. 8. vitrici te similem quam avunculi maluisti; Phil. II, 14. ut in eo magistratu ... viri tui similis esses; ib. 50. quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent; magno quidem studio ..., non, ut te et Basilum, vi et armis, et alios vestri similis; ib. 107. ut similis tui (esses); ib. quo neminem reperire potest sui similiorem; ib. III, 31. quod se similem esse Catilinae gloriari solet; ib. IV, 15. ad te quisquam veniat nisi Ventidii similis? ib. XIII, 48.
alqd: estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? Sex. Rosc. 34. hoc veri simile non est; ib. 40. cum veri simile erit aliquem commisisse; ib. 57. utrum veri similius sit ab eo esse occisum, qui adsiduus .. Romae fuerit, an ab eo, qui ... Romam omnino non accesserit; ib. 92. veri simile est Roscios istam rem ad Chrysogonum detulisse; ib. 106. non est veri simile ut Chrysogonus horum litteras adamarit; ib. 121. quem ad modum ... utrumque ex utriusque persona veri simile videretur, et Fannium per malitiam fecisse et Roscium per imprudentiam deceptum esse; Qu. Rosc. 21. neque enim esset veri simile ... te illi unum eximium cui consuleret fuisse; div. Caec. 52. quorum simile forsitan alius quoque aliquid aliquando fecerit; Verr. I, 44. nihil ceterorum simile Graecorum (est); ib. II, 7. ex multis similibus ea sumam, quae maxime improbitate excellere videbuntur; ib. 68. in Siculis quidem et in omnibus Graecis monstri simile; ib. 158. veri enim simile non est; ib. III, 25. ostendit se lege Hieronica venditurum, hoc est, in omni ratione decumarum nihil istius simile facturum; ib. 44. si vis, Hortensi, docere aliquid ab isto simile in aestimatione atque a ceteris esse factum; ib. 193. quam si posset defendere nihil in vita se M. Antonii simile fecisse; ib. 213. veri simile non est, ut ille homo tam locuples ... religioni suae monumentisque maiorum pecuniam anteponeret; ib. IV, 11. quem scirem nulla in re quicquam simile hominis habere; ib. 33. quod mihi numquam veri simile visum est; ib. 91. quod .. his locis in provincia sua celebritate simillimum ... potuit, elegit; ib. V, 170. veri similius tamen esset, eum potius (iudicium) corrupisse ..; Cluent. 63. quid est quod minus veri simile proferre potuistis? ib. 181. simile .. est multa committi et condonari omnia ..; leg. agr. II, 46. est [tam] veri simile [quam] cariorem huic sororis maritum quam sororis filium fuisse; Rabir. 8. id hoc veri similius Graecis hominibus videbatur, quod ..; Flacc. 14. numquam erit istuc simile criminis; ib. 44. ut hoc veri simile est, [haud veri simile] Decianum a Flacco esse corruptum, ita scitote .. esse cetera vel quod ..; ib. 82. quod nihil iam se simile me vivo conari posse arbitrantur; Sulla 29. nisi forte veri simile est P. Sullae nomen in memoria Cassio non fuisse; ib. 37. veri simile non est, ut ... hunc ... ab se dimitteret; ib. 57. quid .. simile fuit in Q. Metello? Sest. 37. an veri simile est, ut civis Romanus ... quisquam cum gladio in forum descenderit ..? ib. 78. quarum (imaginum) simile habes nihil praeter colorem; Piso 1. quaeris, quid *sit* simile in Planco; Planc. 61.

Digitized by Google

int .. similia .. parva magnis; Rab. Post. 2. quid simile Milonis? Milo 38. non quaero quam veri simile sit .. habuisse regem quos mitteret; Deiot. 23. haec admirabilia, sed prodigii simile est, quod dicam; Ligar. 11. quam veri simile .. est ... meum nomen latere potuisse? Phil. II, 26. incredibile ac simile portenti est, quonam modo illa tam multa quam paucis ... diebus effuderit; ib. 66. horum similia deinceps; ib. III, 22. ut portenti simile videatur tantam pecuniam ... tam brevi tempore perire potuisse; ib. V, 11. quid simile tandem? ib. 27. „vix .. veri simile est ... eosdem nobis parcere posse;" ib. XIII, 36. at enim non veri simile est, tantum scelus M. Cottam esse commentum. quid? hoc veri simile est, tantum scelus Oppium esse conatum? Fr. B. III, 3.

agri: habes tantam pecuniam, qua hosce omnis agros et ceteros horum similis non modo emere, verum etiam coacervare possis; leg. agr. II, 66.

annona: quoniam non eodem tempore neque simili fecit annona; Verr. III, 216.

audacia: necesse est in simili audacia perfidiaque versetur; Verr. I, 40.

calamitas: qui simili in calamitate sunt, cur tua misericordia non simili fruuntur? Phil. II, 98.

causa: absolvantur omnes de *simi*li causa necesse est; Tull. 35.

consul: si habuissent vestri similem consulem; Piso 15.

consultum: simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa res publica; Catil. I, 4.

cupiditas: similis istius cupiditas; Verr. IV, 39.

dignitas: ut hoc constet, post hunc statum rei publicae ... simili splendore et dignitate consilium nullum fuisse; Verr. I, 18.

exitus: ita || itaque || fecit ut exitus principio simillimus reperiretur; Verr. II, 99. hic cum similem exitum exspectaret: Piso 92.

factum: quorum quod simile factum? Catil. IV, 13. fuerit ille Brutus qui ... ad similem virtutem et simile factum stirpem ... propagavit; Phil. I, 13.

filius: Pompeio .. patre ... exstincto interfectus est patris simillimus filius; Phil. V, 39. quaero .., eumne (filium) Bruti similem malis an Antonii? ib. X, 5. cur .. non ... eos laudas, quorum similem tuum filium esse vis? ib.

fraterculus: VOLO, MI FRATER, FRATERCULO TUO CREDAS — consorti quidem in lucris atque in furtis gemino et simillimo nequitia; Verr. III, 155.

furor: neque te ... omina illa atque auspicia M. Bruti a simili furore deterrent; leg. agr. II, 92.

genus: in hoc fano loricas galeasque aëneas. ... simili in genere atque eadem arte perfectas idem ille Scipio ... posuerat; Verr. IV, 97.

greges: Cassius, Mustela, Tiro ... sui similis greges ducebant per forum; Phil. V, 18.

homines: C. et L. Fabricii ... fuerunt ..., homines inter se cum forma tum moribus similes Cluent. 46. num vobis aut vestri similibus integris, quietis, otiosis hominibus in hoc numero locum fore putatis? leg. agr. II, 77. in unius hominis perditi iudicio plures similes reperti sunt; Fr. B. XIII, VIII.

improbitas: par est avaritia, similis improbitas; Sex. Rosc. 118.

incommodum: verum non una te, sed universae similibus adflictae iniuriis et incommodis civitates legationibus ac testimoniis publicis persequuntur; Verr. III, 74. ut ceteris formidines similium incommodorum ... proponeret; ib. V, 23.

indulgentia: qui simili sensu atque indulgentia filiarum commovemini Verr. I, 112.

iniuriae: ſ. incommodum; Verr. III, 74.

iudices: quod ... hanc .. suspicionem augeret ... non nullorum eius (Staieni) similium indicum turpitudo; Cluent. 79.

iudicium: ut docerem, quae facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur, ... ruinae similiora aut tempestati quam iudicio et disceptationi fuisse; Cluent. 88. non fuit illud .. iudicium iudicii simile; iudices, non fuit; ib. 96.

labes: hominis .. scelere et furore notato similis a re publica labes in posterum demovebatur; dom. 68.

laus: noli ... dubitare ... similem illi gloriae laudem quam saepissime quaerere; Ligar. 37.

lex: leges .. similis de cooptando senatu et de numero veterum ac novorum dedit; Verr. II, 125.

locus: ut omnem locum quo adisses exsilii simillimum redderes; dom. 72.

maleficium: ut (maleficium) ... portenti ac prodigii simile numeretur; Sex. Rosc. 38.

misericordia: ſ. calamitas.

odium: quod in odio simili multitudo hominum haec erat maxima; Verr. V. 94.

opinio: altera (opinio erat) non minus veri similis; Scaur. 10.

par: hanc rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit; dom. 70.

partes: reliquae partes tribunatus principii similes; Phil. II, 55.

perfidia: ſ. audacia.

periculum: timere non debeo ne non unus iste civis Romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi iudicentur; Verr. V, 171.

ratio: simillima est accusatorum ratio; Sex. Rosc. 57. si quid ... intellexero simili aliqua ratione esse violatum atque commissum; Verr. a. pr. 40. ab hac eadem civitate anno secundo simili ratione extortam esse pecuniam ... cognovistis; ib. III, 89. quoniam ... me similis ratio pudoris a praesentis laude tardaret; Caecin. 77. ut cuique aliquid acciderit, qua re commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur; dom. 37.

res: qui de re simili iudicarunt; Balb. 64.

scelus: cuius duo fana ... simili scelere idem iste omnibus .. ornamentis .. nudavit; Verr. V, 184.

sensus: ſ. indulgentia.

servi: cum tanta praemia civitates vi atque imperio, virgarum ac mortis metu [non modo] Apronio atque eius similibus [verum etiam] Veneriis servis dare coactas (cognoverit); Verr. III, 143. cum ... perditi homines cum sui similibus servis tectis ... urbis minarentur; Phil. I, 5.

societas: simillima enim et maxime gemina societas hereditatis est; Qu. Rosc. 55.

splendor: ſ. dignitas.

suspicio: similis in Bulbo ... suspicio consistebat; Cluent. 78.

tribunus: num quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem tribunum plebis posse reperiri || esse reperirique, reperiri || qui ..? Vatin. 37.

vir: quod quoniam ... viri boni, vestri simiies, in iudicando faciunt; Caecin. 6. similis viri tu ulcisceris [patrui] mortem atque ille persequeretur [fratri sui], si ..? Rabir. 14. si P. Scipionem, clarissimum virum maiorumque suorum simillimum, res publica tenere potuisset; Phil. XIII, 29.

virtus: cum .. simili virtute reliquarum legionum milites ... mortem oppetiverint; Phil. XIV, 38. ſ. factum; Phil. I, 13.

urbs: quarum (ruinarum) ego similem totam urbem esse passus non sum; dom. 124.

B. **alleiu** (vgl. A. alqs, alqd): I. sum: si est

Digitized by Google

tuus natura filius, consuetudine discipulus, voluntate similis; Verr. III, 162.

II. do: ſ. A. servi; Verr. III, 143.

placeo: qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat; Flacc. 104.

probo: ita se probatum vobis vestrique similibus semper voluit, ut ..; Caecin. 103. hoc polliceor omnibus, ... me eius causam ... vel his iudicibus vel horum similibus facillime probaturum; Cluent. 158. non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriae, nisi ..; Phil. II, 2.

III. a: nedum isti a Rullo et Rulli similibus conquisiti atque electi coloni Capuae ... non statim conquisituri ‖ concepturi ‖ sint aliquid sceleris; leg. agr. II, 97. a sui similibus invidiam aliquam in me commoveri putat; Phil. III, 18.

cum: dico equitem Romanum ... cum sui similibus ad decumas agri Leontini tritici modium non mille, nec duo, nec tria milia ... voluisse addere; Verr. III, 148.

similiter, ähnlich, ebenſo, auf gleiche Art: arbitror: ni mirum similiter arbitrantur isti bonorum emptores vos hic ... sedere; Sex. Rosc. 151.

commoveo: neque vero illum similiter atque ipse eram commotum esse vidi; Phil. I, 9.

deporto: Agyrio similiter istius imperio vasa Corinthia ... Syracusas deportata sunt; Verr. IV, 50.

emano: nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in volgus emanare poterit; Sex. Rosc. 3.

excipio: hic tamen excipit Pompeium, simillime ... atque [ut] illa lege, qua peregrini Roma eiciuntur, Glaucippus excipitur; leg. agr. I, 13.

exeo: ſ. emano.

laudo: a nullo istorum ... L. Lucullum similiter ... esse laudatum; imp. Pomp. 21.

perpoto: Cleomenes autem ... similiter totos dies in litore, tabernaculo posito, perpotabat; Verr. V, 87.

respondeo: quod haud scio an de ambitu ... similiter respondendum putem; Cael. 16.

similitudo, Aehnlichkeit: I. coniungit: itaque istos inter se perbrevi tempore ... studiorum turpitudo similitudoque coniunxit; Verr. III, 22.

devincit: quamquam nos ab incunte illius aetate ... studiorum ... societas similitudoque devinxit; Phil. VII, 6. eosdem postea ... devinxit improbissimae naturae et turpissimae vitae similitudo; ib. XI, 2.

est: quod (fratres) in se ut corporum, sic virtutum similitudinem esse confident; Phil. XIV, 34.

habet: tantam .. habet morum similitudo coniunctionem atque concordiam; Verr. III, 23. quantam vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturae similitudo; Cluent. 46.

pervenit, potest: naturae similitudo illius ad te magis ... quam ad unum quemque nostrum pervenire potuit; Muren. 66.

versatur: ut ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos; Verr. V, 94.

II, 1. attingo: si isti agri ... aliquam similitudinem propriae possessionis ... attingunt; leg. agr. III, 8.

habeo: omnes .. tantam habent similitudinem inter se, ut ..; Phil. XIII, 28. illud vero quid est? quam habet in se rationem, ... quam similitudinem veritatis? Fr. A. III, 1. ſ. III.

video: ut duorum Epicureorum similitudinem in re militari imperioque videatis; Piso 92.

2. abripio a: etiam si natura a parentis similitudine abriperet; Verr. V, 30.

deduco in: hoc [ille] natus ... natura ipsa duce ... in paternae vitae similitudinem deductus est; Rab. Post. 4.

reservo ad: eo iam denique adducta est, ut sibi praeter formam nihil ad similitudinem hominis reservarit; Cluent. 199.

revoco ad: qui quod ... multitudinem .. desuefactam iam a contionibus ad veteris consuetudinis similitudinem revocarat; Cluent. 110.

III. alqd: nihil habet similitudinis ista accusatio; Balb. 49.

IV, 1. aucupari: quoniam verborum vim .. similitudine rerum aucupamur; Caecin. 88.

2. propter: illud probari minime potest, Gallos Autronio nominato putasse propter calamitatis similitudinem sibi aliquid de Sulla esse quaerendum; Sulla 38.

simplex, einfach, ſchlicht, bieder: alqd: quid est in iudicio? directum, asperum, simplex; Qu. Rosc. 11. hoc iam simplex est, in eum locum restituas; Caecin. 88.

causa: simplex in iudicium causa, ... unum crimen adlatum est; Cluent. 49. simplex causa, constans ratio; Sest. 87.

homo: tuum hominis simplicis pectus vidimus; Phil. II, 111.

iudicium: unum est .. et simplex aurium iudicium; Font. 22.

officium: simplex officium atque una bonorum est omnium causa; Sulla 9.

regio: tota .. nostra illa ... fidelis et simplex ... regio se huius honore ornari ... arbitrabatur; Planc. 22.

res: nihil est in re praesertim aperta ac simplici quod excellens ingenium requiratur; Caecin. 5.

simpliciter, einfach, offen: dico: quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, .. ea confido probata esse omnibus; Arch. 32.

fero, mihi ... neque in sententia simpliciter *e re publica* ferenda fidem ... nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24.

simpuvium, Opferſchale: si aedilis verbo aut simpuvio aberravit; har. resp. 23.

simul, zugleich, zuſammen: I. **allein:** abeo: et simul a subselliis abire coepit; Verr. II, 73.

agnosco: ut simul illam quoque eius vocem improbam agnoscatis; Verr. III, 49.

aio: et illud simul ait ‖ dixit ‖, se non putare illum ... virgas contempturum; Verr. III, 55.

attendo: attendite et ... simul aequitatem praetoris attendite; Verr. III, 196.

audio: admissarius iste, simul audivit voluptatem a philosopho tanto opere laudari, nihil expiscatus est; Piso 69.

pignora: ut ... haec proicias tamquam pignora iniuriae; Phil. XIII, 6.

poculum: sed [repente] e vestigio ex homine tamquam aliquo Circaeo poculo factus est Verres; div. Caec. 57.

portus: mare videmus ... tamquam unum aliquem portum ... teneri; prov. cons. 31.

proelium: ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio auferretur, alius tamquam occisus relinqueretur; Verr. V, 28.

serpens: repente enim te, tamquam serpens e latibulis, ... intulisti; Vatin. 4.

Sisapo: quod (Misenum) cum sociis tamquam Sisaponem tenebas; Phil. II, 48.

specula: in hac custodia et tamquam specula conlocati sumus; ib. VII, 19.

speculum: in quibus (versibus), si qui velit, possit istius tamquam in speculo vitam intueri; Piso 71.

stipes: ſ. truncus.

struma: qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis; Sest. 135.

syngrapha: pergitisne vos tamquam ex syngrapha agere cum populo, ut ..? Muren. 35.

tempestas: ſ. pestis.

testis: neque in istum nugatorem, tamquam in aliquem testem, invehar; Flacc. 38.

Thraex: ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem faciendam tamquam aliquem Thraecem conduceret; prov. cons. 9.

truncus: qui tamquam truncus atque stipes

Digitized by Google

... posset sustinere .. titulum consulatus; Piso 19.

turbo: nolite ... hunc ... tamquam turbine aliquo ... pervertere; Cael. 79.

tutela: emptionibus ea (praedia) solere saepe ad alienos homines ... non legibus tamquam tutelas pervenire; Balb. 56.

tutor: postea quam orba res publica consulis fidem tamquam legitimi tutoris imploravit; Quir. 11.

vagina: habemus enim huiusce modi senatus consultum ... tamquam in vagina reconditum; Catil. I, 4.

vas: [ut illo supercilio annus ‖ antuus, al. ‖ ille niti tamquam *vade* videretur]; Sest. 19.

vir: ſ. aemulus. civis.

2. **bei Adjectiven und Particip:** beatus: hi dum aedificant tamquam beati; Catil. II, 20.

captivus: ut se ipsa (Libertas) tamquam in captivis sedibus conlocaret; dom. 108.

fortis: ut tamquam fortis ... vir ... cadere videatur; har. resp. 40.

integer: sed ego institui referre ad vos ... tamquam integrum ... de poena quid censeatis; Catil. IV, 6.

mediterraneus: ab hac (insula) etiam haec frumentaria lucra tamquam a mediterraneis exigebantur? Verr. III, 85.

occisus: ſ. proclium. — sceleratus: ſ. 1. civis.

unus: me ... causam tamquam unius clientis in cubiculo meo discere; Scaur. 26.

3. **zum Satz:** tamquam rationem aliquando esset redditurus; Verr. IV, 49. ita fieri ... oporteret; ib. 84. hoc senatus mandasset; ib. mihi crimen esset diluendum; Cluent. 166. urbe capta; dom. 143. quod anu mortua libertus statim tamquam opere confecto Romam est profectus; Scaur. 12. cuius de morte tamquam de caerimoniis violatis quaeritur; Milo 59. mihi cum M. Crasso contentio esset; Phil. II, 7. heres esset; ib. 41. stolam dedisset; ib. 44. extruderetur a senatu; ib. X, 10.

II. **Verbindungen:** si: ſ. **si,** B, I. tamquam (4 St.) S. 489, b.

ita: statim, tamquam coniuratis aliqua ... facta ... esset, ita ... evocantur; Verr. III, 68.

sic: ſ. **sic,** II. tamquam (6 St. Cluent. 166) S. 495, b.

tandem, endlich, zuletzt, endlich einmal, doch: I. **allein:** 1. **Aussage:** ut ... veritas .. tandem ... recreetur; Quinct. 4. ut ... aequitatem in hoc t. loco consistere ... patiamini; ib. 10. hunc locum ... t. eius fortunae ... perfugium futurum; Cluent. 7. ineunt t. magistratus tribuni plebis; leg. agr. II, 13. cum omni mora ... senatus auctoritas impediretur, venit t. concilio de me agendi dies VIII Kalendas Februarias; Sest. 75. t. aliquid invenimus, quod ..; Cael. 68. cum experrecta t. virtus clarissimi viri ... suum pristinum morem requisivit; Piso 27.

2. **Frage:** a. **directe:** quis tandem nobis ista iura ... discribit ‖ describit ‖ ? Quinct. 45. quid est quod hac t. de re vobis possit videri? ib. 54. quibus t. tu ‖ qu. t. te, qu. t. ‖ .. argumentis accusatorem censes uti oportere? Sex. Rosc. 38. ecquid t. tibi videtur ... minoris facere ..? ib. 46. quo t. accusator ... confugit ‖ confugerit ‖ ? ib. 80. qua is t. poena adficietur ..? ib. 113. quid t., quaeso, iudices? ib. 118. quis t. esset qui ..? div. Caec. 6. utrum t. censes ..? ib. 54. quo me t. animo fore putatis ‖ putetis ‖ , si ..? Verr. a. pr. 40. quo t. pudore talis viros ... domum venisse arbitramini? ib. I, 137. quid erat .. t. in illo puero populare? ib. 151. quid t. habuit argumenti ... res? ib. II, 115. verum ubi t. ... ista tanta pecunia consumpta est? ib. 142. quid t. postulat arator? ib. III, 28. quo t. modo vobis ... audiendum videtur? ib. 80. at quid est t. ‖ an tandem, ain tandem ‖ , in quo se laborasse dicit? ib. 124. quid accidit t. ut ..? ib. 172. quid t.? ib. 180. cum utrisne t. istius factum conlaturus es? ib. 191. phaleras ... utrum t. abstulisti an emisti? ib. IV, 29. quid t. tuis statuis fore arbitrabare? ib. 90. qui t. istius animus est? ib. 110. mediocrine t. dolore eos adfectos esse arbitramini? ib. 132. iste motus servitiorum ... utrum tibi t. ... attulit? ib. V, 15. ubi t. istud latet, quod ..? ib. 47. quae t. civitas fuit quae deberet? ib. 53. utrum vobis consilium t. praetoris recitari videbatur ..? ib. 54. quae est ista t. laudatio, cuius ..? ib. 58. utrum t. tibi ad defensionem firmius fore putasti? ib. 75. quo t. animo sedetis, iudices? ib. 123. illa ... cognatio quos t. fructus ... tulit? ib. 125. hucine t. omnia reciderunt, ut ..? ib. 163. quid nunc ... t. facere debemus? ib. 172. mandat ut fundum sibi emat — cui t.? Caecin. 15. in fundum Caecina utrum t. noluit an non potuit accedere? ib. 48. quo t. animo esse debetis? imp. Pomp. 11. quo t animo ferre debetis? ib. 12. quo t. igitur animo esse existimatis ..? ib. 16. quo t. igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus ..? Cluent. 29. quid enim t. illi iudices responderent, si ..? ib. 61. quo t. igitur ore mentionem corrupti iudicii facitis ..? ib. 65. quid t., ... si quis ..? ib. 70. illa t. quaestio aut disceptatio aut iudicium fuit? ib. 90. dixitne t. causam C. Fidiculanius Falcula? ib. 103. quis t. id possit reprehendere? ib. 142. quo t. igitur Habitus metu adductus ... conatus est? ib. 170. nam nunc quidem quid t. illi mali mors attulit? ib. 171. quid ei eripuit mors praeter sensum doloris? ib. itane t. mulier ... in filii caput quaestionem habere conata es? ib. 182. huic t. ipsi tempori cur non servata (quaestio) est? ib. 186. utrum t. hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum pascuis invenisti? leg. agr. I, 3. num quisnam t. ‖ tam ‖ abstrusus nummus usquam videtur, quem non ..? ib. 11. quos t. igitur xviros fieri volt? ib. II, 21. quo t. animo ... miseras nationes futuras? ib. 45. utrum t. ... honos haberi homini an invidia quaeri videtur? ib. 60. quae spes t. ... relinquetur? ib. 75. quam ob rem uter nostrum t. .. popularis est? Rabir. 11. quantum intervallum t. inter te atque illum interiectum esse putas? ib. 15. quid t. C. Rabirio faciendum fuit? ib. 20. quid t. C. Rabirium facere convenit? ib. 21. quam t. auctoritatem ... sequi ... velles? ib. 22. quod t. excogitabitur in eum supplicium, qui ..? ib. 28. quo usque t. abutere, Catilina, patientia nostra? Catil. I, 1. quo animo tibi ferendum putas? ib. 16. quid t. te impedit? ib. 28. quanto t. illum maerore esse adflictum ... putatis? ib. II, 2. quid t. .. futurum sit? ib. IV, 17. a quo t. .. est aequius consulem defendi quam a consule? Muren. 3. quo t. me animo esse oportet ..? ib. 4. quanto t. studio debeo naturae meae .. servire? ib. 6. quid t. ais? ib. 76. sed quid t. fiet, si ..? ib. 85. hunc igitur virum, Laeli, quibus t. rebus oppugnas? Flacc. 6. quid ... t. fieri putatis? ib. 17. utrum hic t. disceptationem ... veritatis an innocentiae labem aliquam ... fore putatis? ib. 24. quid tibi t. Deciane, iniuriae factum est? ib. 70. cui, quaeso, t. probasti? ib. 74. sicine tu auctor t. eum ... in discrimen omnium fortunarum vocavisti? ib. 81. quantum t. ex his horis detraheret, si ..? ib. 82. cur t. M. Lurco, non oportet? ib. 86. si me ... reprehendendum putas esse, quid t. ... existimes ..? Sulla 4. quod t. Torquate, regnum? ib. 21.

Digitized by Google

nunc privatum regnare dicis? quo t. nomine? ib. uter t. rex est ..? ib. 22. sed quid est t., quod indicat per istum puerum Cornelius? ib. 51. quid t. de illa nocte dicit ..? ib. 52. quid, .. haec auctoritas nostra ... nihil hunc t. iuvabit? ib. 80. quis t. me reprehendat ..? Arch. 13. quid t.? dom. 24. quid t. futurum est ..? ib. 46. quid? de conlegio quis t. adfuit? ib. 117. qua t. istum perturbatione mentis ... praedonem fuisse censetis? ib. 140. sed quae t. est ... domus ab ista suspicione religionis tam ... pura? har. resp. 11. quo t. decepti munere? ib. 50. utrum t. || tamen || C. Marius splendidior cum ..? ib. 51. quid nos t. facere debemus ..? Sest. 141. si ipsas inimicitias depono rei publicae causa, quis me t. iure reprehendet? prov. cons. 20. utrum t. bono viro ... optabilius putas ..? Piso 33. quid t. erat actum aut gestum in tua provincia? ib. 40. si triumphum non cupiebas, cuius t. te rei cupiditate arsisse defendes? ib. 56. quid t. habet iste cursus? ib. 60. huiusce rei t. obscura causa est? Planc. 37. si quaesitor huic edendus fuisset, quem t. potius quam hunc C. Alfium ... edidisset? ib. 43. nulla largitionis nec fuit nec esse potuit suspicio. ain t.? ib. 49. quo me t. in te animo putas esse, Laterensis? ib. 78. *utrum tandem sponsione vinci necesse fuisset?* Scaur. 45. quid t. estis acturi? Rab. Post. 14. qui t. convenit ..? ib. 31. quod genus t. est illud ostentationis et gloriae? ib. 38. quid esset t. causae cur ..? ib. in qua t. urbe hoc homines stultissimi disputant? Milo 7. quis t. de interitu meo quaestionem tulisset? ib. 20. quo t. animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? ib. 35. quid t. erat quod ..? ib. 49. quo t. animo eritis? ib. 101. utrum t. existimas facilius fuisse .. Ligarium ex Africa exire an vos in Africam non venire? Ligar. 20. quid t. erat causae cur ..? Phil. I, 11. haec utrum t. lex est an legum omnium dissolutio? ib. 21. sed quid opponas t., si ..? ib. II, 8. quid ad haec t.? ib. III. cui t. nostrum ... pepercisset? ib. III, 4. D. Bruti iudicium ... num cui t. contemnendum videtur ..? ib. IV, 7. quid simile t.? ib. V, 27. quid t. intersit inter te et illos? ib. VIII, 13. quem t. civem umquam ornabitis? ib. X, 7. Galliam quo t. animo hanc rem auditurum putatis? ib. XII, 9. „nimirum eodem modo haec aspicitis, ut priora“ — quae t.? ib. XIII, 26. si omnibus suis copiis excellentem virum res publica armasset, quem t. bonum paeniteret? ib. 32. si vero coloniarum ... hostis est, quid t. huius censetis urbis, quam ille ... concupivit? ib. XIV, 10. sed si principatus ageretur, ... quid t. mihi esset optatius? ib. 18. sed si familiariter ... velim quaerere, utrius t. tibi tribunatus minus probari potest? Fr. B, VII, 4. quid mihi t. responsurum putatis? ib.

b. **indirecte**: cum ab eo quaereretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem ..; Sex. Rosc. 37. exspectabant omnes quo t. progressurus ... esset; Verr. V, 161. videamus quid t. censores ... iudicasse dicantur; Cluent. 123. primum .. hoc quaero, qui || ecqui || t. locus usquam sit quem ..; leg. agr. II, 39. quaero .. utrum t. putes huic civitati ... melius fuisse ... me civem in hac civitate nasci an te? Vatin. 10. volo audire de te quo t. senatus consulto legatus sis? ib. 35. scire cupio quid t. in isto versu reprehendas; Piso 13. videamus nunc ... locus ... utri t. fuerit aptior; Milo 53.

3. **Bedingung**: quid si tandem amplius triennium est? Qu. Rosc. 8. si t. ... nactus esset; Qu. Rosc. 19. si t. planum facio; ib. 39.

4. **Imperativ**: recita tandem quod ...; Verr. III, 120. recognosce t. mecum noctem illam superiorem; Catil. I, 8. vide t. .. quantum ego a te dissentiam; Planc. 9.

II. **Verbindungen**: aliquando: hunc miserum ... aliquando tandem posse consistere; Quinct. 94. ut t. aliquando timere desinam; Catil. I, 18. ibis t. aliquando, quo ..; ib. 25. t. aliquando, Quirites, L. Catilinam ... eiecimus; ib. II, 1. expulsus regno t. aliquando *Mithridates*: Muren. 33. id quod t. aliquando confitetur; Sulla 52. profectus est aliquando t. in Hispaniam; Phil. II, 75.

iam: ut iam tandem illi ... fateantur; leg. agr. II, 103.

igitur: ſ. I, 2, a. imp. Pomp. 16. Cluent. 29. 65. 170. Flacc. 6.

tango, berühren, betreten, rühren, treffen, anrühren, nehmen: alqm: etiam si tactus non fueris; Caecin. 37. poterisne dicere delectum esse eum, qui tactus non erit? ib. 49. qui tactus non sit; ib. 50. tactus est etiam ille ... Romulus; Catil. III, 19.

alqd: tametsi ... unum quidque tangam; Sex. Rosc. 83. si quid communi nomine tetigit; Qu. Rosc. 35. quid tangi, quid teneri ius fuerit; dom. 138. ut .. ea, quae dicebam, ... paene tangere viderentur; Scaur. 26.

agrum: „idcirco .. agros nominare non possum, quia tangam nullum ab invito“; leg. agr. II, 67.

animum: ut numquam animum tuum cura fortunarum tuarum cogitatioque tangeret; Verr. III, 65.

civitatem: quam primum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam; Milo 98.

corpus: tribuni plebis sanctissimum corpus non tactum ... sed volneratum ... vidistis; sen. 7.

ossa: ut eorum ossa terra non tangat; Sex. Rosc. 72.

parietem: quid habet mea domus religiosi, nisi quod impuri et sacrilegi parietem tangit? har. resp. 33.

partem: quae pars provinciae sit, cui non possit intercedi, eam se avellere, quae defensorem habeat, non tangere; prov. cons. 36. cuius (legis) quam quisque partem tetigit; dom. 50.

postem: si ... postem ... tetigit; dom. 135.

provinciam: Verres simul ac tetigit provinciam; Verr. I, 27. ut provinciam tetigit; prov. cons. 8.

rationes: ne tangantur rationes ad Opis; Phil. VIII, 26.

Siciliam: quo die Siciliam tetigit; Verr. II, 19.

simulacrum: quod (simulacrum) a viro non modo tangi, sed ne aspici quidem fas fuit; Verr. V, 187.

Tiberim: qui (fundi) Tiberim fere omnes tangunt; Sex. Rosc. 20.

viam: quae (villa) viam tangeret; Milo 51.

tantisper, unterdeſſen: eum ... tantisper de aliquo reo cogitasse; Caecin. 30.

tantopere, ſ. **opus**, V (18 St.) B. III S. 499, b.

tantulus, ſo klein, ſo gering: A. consilium: quod enim est in terris commune tantum tantulumve consilium quod non ..? dom. 73.

B. morae: si tantulum morae fuisset; Verr. II, 93.

C, 1. commoveo: ne tantulum quidem commotus est; Verr. II, 124. se .. ne tantulum quidem commoveri; Piso 42.

Digitized by Google

concedo: tantulum de arte concedere; Sex. Rosc. 118.
converto: si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset; Sex. Rosc. 114.
deflecto: si qui tantulum de recta regione deflexerit; Verr. V, 176.
deicio: si tantulum oculos deiecerimus; Verr. V, 181.
offendo: si tantulum offensum titubatumque sit, ut ..; div. Caec. 72.
recedo: ut longius a verbo recedamus, ab aequitate ne tantulum quidem; Caecin. 58.
titubo: ſ. offendo.
2. veneo: cur tantulo venierint (bona); Sex. Rosc. 130.

tantum, nur: I. **allein:** admoneo: tantum te admonebo; Ligar. 38.
ago: tantum agam de hoc toto nomine societatis; Verr. II, 180.
appeto: ſ. sumo; leg. agr. II, 43.
attingo: voce tantum attigi legum initium; har. resp. 7.
audeo: de me tantum audeo dicere ..; Planc. 82.
audio: submissa voce agam, tantum ut iudices audiant; Flacc. 66. qui ... tantum audivissent eos pari calamitate esse; Sulla 36.
cognosco: vos tantum ... cognoscite; Verr. I, 105. tamen id ipsum verecunde .. faciam, tantum ut ... cognoscat; Tull. 5.
compenso: atque haec omnia tantum honoris et amplitudinis commodo compensantur; Cluent. 150.
conficio: tantum conficietur; Verr. II, 141.
dico: nunc tantum id dicam; div. Caec. 23. tantum dico; Verr. I, 72. tantum dicam; ib. 155. tantum de quaestu ... dicam ..., quo facilius ..; ib. III, 106. tantum brevissime, iudices, dico; ib. 190. nihil dicam adrogantius, tantum dicam ..; Muren. 78. dixit tantum; Flacc. 34. cum vero is ... tantum dicit ..; ib. 40. de huius spe tantum dico ..; Sulla 21. cuius ego de virtute ... tantum dico ..; ib. 62. de his (consularibus) tantum mihi dicendum putavi; ib. 82. ego tantum dicam, quod ..; Scaur. 32. tantum dicam breviter; Phil. II, 20. ego te tantum gaudere dico; ib. 36. tantum enim se pro te intercessisse dicebat; ib. 45.
disputo: nunc tantum disputo de iure populi; Planc. 8.
dissentio: quae (nationes) tantum ... natura dissentiunt; Font. 30. cum M. Bibulum ... tantum animo ab actionibus tuis dissentientem ... in vincula duceres; Vatin. 21.
do: ipse dabat purpuram, tantum operam amici; ib. IV, 59.
educo: non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ... disciplina educatus; ib. III, 161.
facio: quid facerent ..? tantum, opinor, Hortensi: ad causam non accederent; Verr. II, 192. sed tantum vos certiores .. facio; ib. IV, 60. itaque eius modi valvas reliquit, ut ... nunc tantum ad cludendum (templum) factae esse videantur; ib. IV, 124.
fallo: tantumne te fefellit, cum ..? dom. 113.
intellego: tantum intellego; Verr. V, 7.
muto: hoc (simulacrum) ... locum tantum hominesque mutarat; Verr. IV, 72. vocabula tantum pecuniarum et genera mutabas; Piso 90.
navigo: utrum ista classis cursu et remis an sumptu tantum et litteris navigarit; Flacc. 32.
pono: itaque tantum verbo posuit ... Sthenium litteras publicas corrupisse; Verr. II, 93.
profero: tantum unius cuiusque ... iudicia ... profero; Verr. IV, 49.
puto: ut ea (flagitia) reprehenda tantum putem; Verr. IV, 83.
quaero: tantum de tua defensione, C. Piso, quaero; Caecin. 34.
queror: tantum queror; Phil. II, 98.
recipio: se ... tum ipsos tantum ‖ tamen ‖ praetores ... recipere solere; Verr. I, 65.
relinquo: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam; Cael. 48.
remaneo: curiata (comitia) tantum auspiciorum causa remanserunt; leg. agr. II, 27.
repello: consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda, huius tantum in repellenda; Milo 52.
requiro: nunc tantum a Trallianis requiro; Flacc. 55. de te tantum requiro, utrum ..; Planc. 71.
respondeo: quod mihi discessum obiecisti meum, ... tantum tibi respondeo ..; Vatin. 6. de Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vidi; Planc. 69.
restituo: tantum ut unde deiecisset restitueret; Caecin. 23.
retineo: tantum homines impios ... inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat ‖ tenebat ‖; dom. 92.
sentio: senserat tantum de re publica aliud atque homines exspectabant; Sest. 114. tantum locum aliquem cum mihi notum esse ‖ notum est, tantum notum ‖ senseris; Piso 87.
sum: in quibus (hastis) neque manu factum quicquam neque pulchritudo erat ulla, sed tantum magnitudo incredibilis; Verr. IV, 125. quorum est existimatio; Cluent. 80.
teneo: semitam tantum Galliae tenebamus antea; prov. cons. 33.
trado: numerus tantum columnarum traditur; Verr. I, 134.
utor: *quod* cognominibus ‖ cum nominibus ‖ tantum uteretur; dom. 22. si tantum ... aetatis excusatione usus esset; Deiot. 9.

II. **Verbindungen:** modo: ſ. **modo,** I, 3. tantum (26 St.) B. III, S. 178, b.
neque: neque tantum ipse es improbus, sed etiam alios docere voluisti; Vatin. 36. neque his tantum (se commisit), verum etiam eius potestati, cui ..; Milo 61.
non: non enim tantum admiratus sum ego illum virum, ... sed etiam praecipue dilexi; Scaur. c. 1, § 4.
quod: tantum quod hominem non nominat; Verr. I, 116.

tantus, ſo groß, ſo viel: A. **bei Subſtantiven:** I. **ohne Correlat:** haec tu .. tot et tanta si nactus esses; Sex. Rosc. 89. illud mihi tantum satis est; Sulla 39. haec cum tot tantaque agerentur; dom. 129. qui haec ex minimis tanta fecerunt; Cael. 39. cum haec pro salute rei publicae tanta gessisses; Phil. I, 33.
acerbitas: omnia muta ... tanta ... rerum acerbitate commoverentur; Verr. V, 171. ſ. improbitas; Verr. III, 48. luctus; Sest. 47. scelus; Verr. III, 129. vis; ib. I, 68.
acervi: vix iam videtur locus esse qui tantos acervos pecuniae capiat; leg. agr. II, 59. ſ. caedes; Sest. 77.
adiumenta: ne tu ... tot et tanta adiumenta huic honori fuisse mirere; Planc. 27.
aedes: ex tanta aede tantoque opere; Verr. I, 132.
ambitio: tanta .. ambitione ... inclusa; Verr. II. 133.
amentia: ſ. audacia; Verr. I, 54.
amicitia: ſ. usus.
amor: qui tanto amore suas possessiones am-

Digitized by Google

plexi tenebant; Sulla 59. ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus; Arch. 17. ſ. studium; Flacc. 105.

angustiae: in tantis praesertim aerarii angustiis; Verr. III, 182.

apparatus: hunc tantum tuum apparatum ... ne ad nihilum recidere patiare; Phil. VII, 27.

approbatio: ſ. silentium; Sest. 107.

ardor: non potest ullius auctoritate tantus senatus populique Romani ardor exstingui || restingui ||; Phil. XIII, 15. ſ. bellum; Marcell. 24.

atrocitas: quae sit tanta atrocitas huiusce causae; Cael. 1. in tanta atrocitate temporis tantaque perturbatione rei publicae; Phil. VIII, 32.

auctiones: in tantis auctionibus; leg. agr. II, 62.

auctoritas: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in iniuria, tanta religio in testimonio; Verr. III, 74. an ut tanta auctoritate litterarum ... convincare? ib. 169. ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta latuit? sen. 13. si ... a tanta auctoritate approbata (corruptela fuerit); Deiot. 30. nec enim secerni a fratre poterit, tanta praesertim auctoritate; Phil. VI, 10. ſ. iudicium; dom. 76.

audacia: essene quemquam tanta audacia praeditum! Qu. Rosc. 4. quae, malum, est ista tanta audacia atque amentia? Verr. I, 54. tantam .. audaciam, tantam crudelitatem, tantam iniuriam vindicare; ib. II, 109. ecquem audistis in tantis furtis, ... tanta audacia, tanta impudentia esse versatum? ib. III, 65. crimen tantae audaciae tantaeque impudentiae ... praetermittam? ib. 166. nisi ... huic tantae audaciae consilium esset ereptum; Catil. III, 22. in tanta hominum cupiditate et audacia; Phil. III, 25. ſ. voluntas; dom. 116.

bellum: non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum; imp. Pomp. 5. hoc tantum bellum ... quis umquam arbitraretur ... ab uno imperatore confici posse? ib. 31. quam celeriter ... tanti belli impetus navigavit; ib. 34. quin huic hoc tantum bellum transmittendum sit; ib. 42. tantum bellum ... Cn. Pompeius ... confecit; ib. 35. tamen ad tantum bellum is erat deligendus; ib. 50. qui postulat ad tantum bellum legatum quem velit; ib. 57. in tanto et tam insidioso bello; Catil. II, 28. qui civile bellum tantum ... excitaverunt; Marcell. 18. in tanto civili bello, tanto animorum ardore et armorum; ib. 24. quo enim usque tantum bellum ... propulsabitur? Phil. III, 3. ſ. negotium; Piso 82. res; imp. Pomp. 27.

beneficium: tanta ... esse beneficia; Verr. II, 8. ego me ... tantis vestris beneficiis adfectum statui ..; imp. Pomp. 71. silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum; leg. agr. II, 2. tantis a me beneficiis in re publica positis; Sulla 26. ex hoc tanto ... beneficio; ib. 27. quae magnitudo observantiae tot tantisque beneficiis respondere poterit? sen. 24. in tantis beneficiis ... remunerandis; Quir. 23. qui in tantis beneficiis ... remunerandis est tardior; ib. pro tanto beneficio; dom. 17. hominem me esse gratum et ... tantis beneficiis ... commoveri; prov. cons. 44. cum tantis a vobis ... beneficiis adfectus sim tantisque honoribus; Piso 32. cum tantum beneficium ei se debere arbitrarentur; Milo 32. ſ. meritum; Phil. V, 37.

bestia: qui tantam bestiam percussisset; Verr. V, 7.

bonum: sed non licet me isto tanto bono, iudices, uti; Verr. V, 154.

caedes: tantam caedem ... ad familiam suam pertinere; Tull. 1. caedem vero tantam, tantos acervos corporum exstructos ... quis umquam in foro vidit? Sest. 77.

calamitas: qui maeror dignus inveniri calamitate tanta potest? Quinct. 94. tanta calamitate adfici; Sex. Rosc. 146. in tanta inopia navium tantaque calamitate provinciae; Verr. V, 59. tum coeperunt quaerere homines causam illius tantae calamitatis; ib. 100. utrum ego ... plus quam satis est doleo tanta calamitate miseriaque sociorum an ..? ib. 123. tantam importare meis defensoribus ... calamitatem; Sest. 146. quis est qui ... deplorare tantas calamitates queat? Phil. XI, 6. ſ. dedecus; Quinct. 49. ignominia; Verr. V, 100.

causa: tantam causam perorare: Quinct. 77. causa sustineri, praesertim tanta, nullo modo potest; div. Caec. 35. tantam causam ... sustinere; ib. 39. ut ad causam tantam ... quisquam subscriptor ... aspirare possit; ib. 51. in causa tanta; Verr. III, 209. qui tantam rei publicae causam ... tueretur; Piso 19. an faces admovendae sunt quae || [te] || excitent tantae causae indormientem? Phil. II, 30.

celebritas: hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus; Arch. 5. nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum ... floruisse; dom. 75.

celeritas: quid haec tanta celeritas festinatioque significat? Sex. Rosc. 97. unde illam tantam celeritatem ... (inventam) putatis? imp. Pomp. 40.

civitas: reliquae tot et tantae ... civitates; Verr. II, 14. ut tanta civitas ... a viro .. confecta videatur; har. resp. 42. hanc tantam ... civitatem subiectam esse ... inrisioni tuae; Vatin. 31. eodem decentus supercilio ... quo tot sapientes et tanta civitas; Piso 70. quis fuit in tanta civitate qui ... arbitraretur? ib. 95.

clamor: ſ. consensus; Phil. IV, 2.

clientelae: ne amitteret tantas clientelas; Phil. VIII, 26.

comitatus: ex tanto comitatu virorum amplissimorum; Sulla 8.

concordia: quod profecto ... tanta concordia consequemini; Phil. VI, 19.

coniunctio: propter tantam coniunctionem adfinitatis; dom. 118. ſ. familiaritas; Cael. 35.

coniuratio: ut nullum ... furtum umquam sit tam palam inventum, quam haec tanta ... coniuratio ... deprehensa est; Catil. III, 17. sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a civibus numquam putavi; ib. IV, 6. ſ. multitudo; Catil. III, 14.

conlegium: cum ex conlegio tanto non regem ... videret; dom. 135.

conluvio: hanc tantam conluvionem illi tantamque eversionem civitatis in mentem subito ... cogitanti venire potuisse; har. resp. 55.

consensio: ſ. studium; Quir. 18.

consensus: quod vos quoque illum hostem esse tanto consensu tantoque clamore approbavistis; Phil. IV, 2. sive tantus consensus omnium sine impulsu deorum esse non potuit; ib. 10. quis est civis ... quem non excitet ... tantus vester iste consensus? ib. VI, 18. ſ. studium; Phil. XIII, 34.

conspiratio: quae (vis) ... tantam conspirationem bonorum omnium ... labefactare possit; Catil. IV, 22.

constantia: quae fuit igitur umquam in ullo homine tanta constantia? Ligar. 26.

consuetudo: ſ. familiaritas; Cael. 35. 61.

contemptio: ſ. licentia.

contentio: cum haec omnia tanta contentione

Digitized by Google

... agerentur; Verr. I, 74. ferro animos tantam posse contentionem; Arch. 12.

contumelia: tanta contumelia accepta; Verr. II, 58. quis enim umquam tanta ... contumelia, quis tanta ignominia adfectus est? ib. 139.

conventus: tanto in conventu; Verr. a. pr. 18. in tantum virorum conventum ... prodire; ib. I, 94. in tanto conventu; ib. V, 65. 71. tanto conventu hominum; Arch. 3.

conversio: in tanta conversione et perturbatione omnium rerum: Phil. XI, 27.

copia: quin .. verborum tanta copia sit; Caecin. 51. ut omnes tantam illam copiam et tam magnificum apparatum ... praetorium esse arbitrarentur; Sest. 77. cum hanc et huius generis copiam tantam habeat Antonius; Phil. XI, 14. ſ. facultas. ubertas; sen. 1.

copiae: cum haec omnia ... tantis copiis agerentur; Verr. I, 74. si tantas ... copias ... despexerit; Font. 46.

crimen: utrum hoc tantum crimen praetermittes an obicies? div. Caec. 31. quod in se tantum crimen invidiamque conflaret; Verr. II, 73. ex tot tantisque criminibus; ib. 142. illis nauarchis testibus tantum hoc crimen sustinere se nullo modo posse; ib. V, 101. illud crimen tantum ac tam manifestum esse; Cluent. 51. tantum te crimen probaturum putasti? Flacc. 93.

crudelitas: quae ista tanta crudelitas est? Sex. Rosc. 146. indigne ferunt illam clementiam ... tantam in crudelitatem inhumanitatemque esse conversam; Verr. V, 115. ſ. audacia; Verr. II, 109.

cupiditas: fuit ulla cupiditas tanta, quae tantam exstingueret religionem? Verr. I, 48. auribus tu tantam cupiditatem concepisti; ib. IV, 102. ſ. audacia; Phil. III, 25. opes; Verr. II, 11. voluntas; dom. 116.

cura: ſ. gloria; Muren. 34.

cursus: qui enim umquam ... tantos cursus conficere potuit ..? imp. Pomp. 34.

damnum: quis autem umquam tanto damno senatorem coëgit? Phil. I, 12.

dedecus: quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest? Quinct. 49. in tanto tuo dedecore; Verr. III, 134. neque haec tot et tanta dedecora dissimulatione tua ... tegere voluisti; ib. V, 138. ſ. flagitium; Phil. II, 57.

dementia: ſ. scelus; dom. 140. — desiderium: ſ. luctus; Sest. 75. — desidia: ſ. luxuria; Verr. II, 76.

difficultates: tot tantisque difficultalibus adfectus; Quinct. 10. ſ. utilitas.

dignitas: hanc tu .. potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere? Phil. I, 31. ſ. opes; Sest. 1.

diiunctio: ſ. luctus; Sest. 47.

dimicatio: in tanta dimicatione capitis; Rabir. 5. numquam me ... in tot ac tantas dimicationes ... obiecissem; Arch. 14.

discrimen: ſ. periculum; Ligar. 16.

dissimilitudo: propter hanc .. tantam dissimilitudinem hominum: Sulla 17.

dolor: suscipere tantos animi dolores; dom. 98. nullum umquam .. mihi tantum dolorem inuretis; Milo 99. quis potest esse tantus (dolor)? ib. ſ. auctoritas; Verr. III, 74.

error: non patiar te in tanto errore versari; Muren 23

eversio: ſ. conluvio.

examina: examina tanta servorum immissa in populum Romanum; har. resp. 25.

exempla: haec tot exempla tanta ... profecta sunt; imp. Pomp. 63.

exercitus: manus tanti exercitus; imp. Pomp. 39. in quam (Macedoniam) tantum exercitum transportasses; Piso 47. sic iste a tanto exercitu tantae provinciae ... in urbem se intulit, ut ..; ib. 55. si qui ex tanto exercitu reliqui milites exstant; ib. 96. cum .. exercitum tantum ... conscripserit; Phil. V, 36.

facinus: qui tantum facinus commiserunt; Sex. Rosc. 65. si tantum facinus ... crediturl sunt; ib. 68. per quos homines hoc tantum facinus ... conficere potuerit; ib. 76. quae (natura) tantum facinus commiserit; Verr. I, 40. hoc tantum facinus ... negare; ib. 90. ut tantum facinus ... in una littera latuisse videatur; Caecin. 38. ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur; Cluent. 167. tantum in se facinus suscipere; ib. 170. ne in hac civitate tanti facinoris immanitas ... non vindicata esse videatur; Catil. I, 14. neque enim istorum facinorum tantorum ... crimen .. P. Sullae persona suscipit; Sulla 68. quin tanti facinoris reus arguatur; Cael. 1. huic facinori tanto tua mens liberalis conscia ... esse non debuit; ib. 52. qui tantum facinus in famam ... tulisset; ib. 54. credibile est igitur tantum facinus ob nullum causam esse commissum? ib. 56. cui tantum facinus ... credidit? ib. 57. quae (poena) tanto facinori deberetur; Piso 91. ſ. scelus; Milo 103.

factum: habeat ergo huius tanti facti ... testimonium sempiternum; Phil. V, 37.

facultas: quae tanta (est) facultas dicendi aut || et || copia? Verr. a. pr. 10.

familia: unus puer ... ex tanta familia .. relictus non est; Sex. Rosc. 77. ad tantae familiae memoriam; Phil. IX, 5.

familiaritas: ante quam in istius tantam familiaritatem pervenisset; Verr. II, 171. rationem tantae familiaritatis, tantae consuetudinis, tantae coniunctionis reddas ... necesse est; Cael. 35. quae cum servis potuit familiaritas esse tanta? ib. 58. si manebat tanta illa consuetudo Caelii, tanta familiaritas cum Clodia; ib. 61.

felicitas: tamen [in] tanta felicitate nemo potest esse; Sex. Rosc. 22.

ferocitas: ſ. scelus; Deiot. 15.

festinatio: ſ. celeritas; Sex. Rosc. 97.

firmitas: tanta ... firmitate animi se in rem publicam fuisse; Sest. 95.

flagitium: in his tot tantisque flagitiis; Sex. Rosc. 117. ad occultanda tanta flagitia; sen. 16. audetisne excitare tanti flagitii memoriam ..? Cael. 71. quod umquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est? [tantam turpitudinem?] tantum dedecus? Phil. II, 57. ſ. scelus; dom. 72.

flamma: nunc in tantam flammam ... mittamus (summos viros)? Phil. XIII, 48.

formido: forsitan quaeratis ... quae tanta formido (sit); Sex. Rosc. 5.

fortuna: in tanta fortuna sua ... *et* tanta occupatione maximarum rerum; Rab. Post. 41. si in [hac] tanta tua fortuna lenitas tanta non esset; Ligar. 15. ſ. opes; Rab. Post. 44.

frequentia: tanta frequentia: Verr. III, 133. numquam huius tantae frequentiae ... venit in mentem? ib. V, 144. quod tanta ex frequentia inveniri nemo potuit qui ..; leg. agr. II, 13. quis te ex hac tanta frequentia ... salutavit? Catil. I, 16. quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiae totius ... vidistis? sen. 28.

fructus: si non hic tantus fructus ostenderetur; Arch. 16.

furor: quae res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit? Sex. Rosc. 40. qui enim tantus furor in Caelio? Cael. 15. ut haec omittam, cuius tanti furoris fuit ..? Deiot. 15.

Digitized by Google

gloria: ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam tradere; imp. Pomp. 12. si ... neque tanta cura senatus ... suscipiendum (bellum putasset neque tot annos gessisset [neque] tanta gloria L. Lucullus; Muren. 34. cum in accepto (beneficio) sit tanta gloria; Marcell. 3. adulescens, nondum tanta gloria praeditus; Deiot. 27. numquam ... tantam essent gloriam consecuti; Phil. II, 5.

gratia: ſ. opes; Cael. 19. praemium; Cael. 46.

gravitas: Q. Hortensium, tanta gravitate hominem, ... non suo stare iudicio, sed meo; Sulla 22.

hereditas: cum tanta hereditas in controversiam venisset; Verr. II, 37. nondum ei tanta ... hereditas venerat; Phil. II, 62. qui ex hereditate tanta unum solum nomen agnoverimus; Fr. B, II, XVI, 3.

honos: quod ... in honore tanto sunt; Sex. Rosc. 120. quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ..; div. Caec. 50. tantos honores habitos esse; Verr. II, 155. nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere; Phil. VII, 5. ſ. beneficium; Piso 32. meritum; Phil. V, 37. praemium; Cael. 46.

iactura: me hanc tantam iacturam criminum facere; Verr. I, 33.

ignominia: tanta accepta ignomina; Verr. II, 58. si ... tanta ignominia et calamitas esset accepta; ib. V, 100. ſ. contumelia; Verr. II, 139.

immanitas: in hac tanta immanitate versari. Sex. Rosc. 150. nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis ... radicibus niteretur; Cael. 14.

immaturitas: quid haec immaturitas tanta significat? Quinct. 82.

imperium: ad lamentandam tanti imperii calamitatem; Catil. IV, 4. an tum in tanto imperio tantaque potestate non dicis me fuisse regem? Sulla 21. se tantum imperium posse delere; ib. 28. magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sustinere; sen. 10. eorum (deorum) numine hoc tantum imperium esse natum; har. resp. 19. clavum tanti imperii tenere; Sest. 20.

impetus: in tanto praedonum impetu, tantoque periculo provinciae; Verr. V, 62.

importunitas: ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit; Sulla 75. ſ. scelus; Deiot. 15.

improbitas: in tanta improbitate [..], in tanta acerbitate, in tot ac tantis iniuriis; Verr. III, 48. tanta improbitate usus est; ib. 97. ſ. vis; Verr. I, 74.

impudentia: iam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur; Verr. II, 52. quaeret quispiam in tanta iniuria tantaque impudentia quid spectarit; leg. agr. II, 20. quid satis potest dici de tanta impudentia? Phil. II, 104. ſ. audacia; Verr. III, 65. 166. voluntas; dom. 116.

impunitas: cum tanta .. gladiorum sit impunitas; Phil. I, 27.

incommoda: quod in tantis incommodis .. iniuriisque .. nullum ... iudicium invenietur; Verr. II, 33. in tantis aratorum incommodis; ib. 109.

inconstantia: quid potius in hac tanta ... inconstantia suspicari possumus .. quam ..? Verr. V, 56. ſ. turpitudo; Cluent. 61.

indicia: ad haec tanta indicia perveni; Catil. III, 22.

infamia: te ... tantam tuam infamiam, tantum periculum neglexisse; Verr. III, 52. cum tanta consilii infamia esset iniecta; Cluent. 106. senatum ... in tanta infamia versari; Rab. Post. 7.

ingenium: quod est ingenium tantum ..? Verr. a. pr. 10. si qua ... divina in tantis ingeniis commendatio debet esse; Arch. 31.

inhumanitas: ſ. crudelitas; Verr. V, 115.

inimicitiae: „tantas inimicitias ... susceptur-us es?“ Verr. V, 180. quem .. ex tantis inimicitiis receptum in gratiam ... defenderim; Rab. Post. 19.

iniquitas: tanta ab isto iniquitate oppressus est; Verr. III. 53. ſ. lucrum; Verr. III, 111.

iniuria: cur tantam iniuriam ... fecisti? Verr. I, 113. ut se tanta iniuria adficeret; ib. 126. at quem hominem .. tanta ... iniuria adfecisti? ib. II, 110. istius haec tanta iniuria impunita; ib. IV, 68. in tantis iniuriis; Cluent. 14. in tantis iniuriis ac tanto scelere; ib. 16. in tanta tua iniuria; dom. 81. his de tot tantisque iniuriis in socios ... consulum querella esse debuit; Sest. 64. de tantis iniuriis experiri; Cael. 20. quae tanta possit iniuria ... de Deiotaro decreta delere? Deiot. 37. ſ. audacia; Verr. II, 109. improbitas; ib. III, 48. impudentia; leg. agr. II, 20. incommodum; Verr. III, 33.

inopia: in tanta inopia constantium et fortium consularium; Phil. XIV, 17. ſ. calamitas; Verr. V. 59.

insidiae: in tantis et tam absconditis insidiis; Catil. III, 3.

intervallum: cum vero ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem; Muren. 17.

invidia: in tanta invidia iudiciorum; Verr. I, 21. invidiam se sustinere tantam non posse; Verr. II, 74. ſ. crimen; Verr. II, 73.

iudicium: in tanto iudicio; div. Caec. 49. de quo homine vos ... tanta ... iudicia fecistis? imp. Pomp. 43. consulatum meum tot, tantis, tam ornatis iudiciis, testimoniis, auctoritatibus comprobatum; dom. 76. ad horum omnium iudicia tot atque tanta domesticum iudicium accessit; Piro 97. hoc vestro iudicio tanto ... excitatus ... veni in senatum; Phil. VI, 2.

ius iurandum: cum meum ius iurandum tale atque tantum ... approbavit; Piso 7.

labor: non fuit causa cur tantum laborem caperes; Qu. Rosc. 49. „tantumne igitur laborem ..?“ Verr. V, 180. tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si ..? Rabir. 29. quid est quod ... tantis nos in laboribus exerceamus? Arch. 28. si nihil animus praesentiret, ... nec tantis se laboribus frangeret; ib. 29. qui tantus fuit labor ..? dom. 27. si me tantis laboribus ... perfunctum efferret aliquando ... animi quidam dolor; har. resp. 17.

laetitia: quarum nulla (victoria) ... attulit laetitiam .. tantam; Milo 77. in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat? Phil. II, 21.

latebrae: cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus; Marcell. 22.

latrocinium: si ex tanto latrocinio iste unus tolleretur; Catil. I, 31.

laus: quibus initiis ... haec tantae ... laudes excitatae sint; Sest. 5. an Ti. Gracchus ... tantam laudem est adeptus, quod ..? prov. cons. 18. qui vos tantae laudis occasione privaverit; Ligar. 25. ſ. praemium; Cael. 46.

lenitas: ſ. fortuna; Ligar. 15.

libido: ſ. turpitudo; Cluent. 61.

licentia: tanta licentia, tanta legum contemptio nonne quem habitura sit exitum pertimescit? Sest. 134.

lucrum: qui ... tanta lucra facit; Verr. III, 86. in tanto lucro tantaque iniquitate; ib. 111. cum tanta lucra facta ... cognoverit; ib. 143. qui tantum praesens lucrum ... contempserit; ib. 150.

luctus: tanto in luctu civitatis; Sest. 27. an erat mihi in tanto luctu meorum, tanta diiun-

Digitized by Google

ctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum ... vita retinenda? ib. 47. in tanto luctu ac desiderio mei; ib. 76.

luxuria: homo tantae luxuriae atque desidiae; Verr. II, 76.

maeror: hunc tantum maerorem ... hominum rumor ... nuntiavit; Cluent. 28.

maleficium: in hoc tanto ... maleficio; Sex. Rosc. 38. tanti maleficii crimen ... probare; ib. 72.

malum: ceteros sui tanti mali ignaros esse; Cluent. 13. ſ. scelus; Sest. 16.

masuetudo: tantam .. mansuetudinem, ... tantum ... rerum omnium modum ... praeterire nullo modo possum; Marcell. 1.

manubiae: qui manubias sibi tantas ... fecerit; Verr. I, 154.

materies: ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhaeresceret; dom. 13.

mercatus: tanto mercatu praetoris indicto; Verr. II, 133.

merces: cur ei ... merces tanta detur; Verr. III, 183. in [tanta] mercede hominis; Rab. Post. 31. ut populi Romani tanta mercede nihil sapere disceres; Phil. II, 43. ubi rhetoris sit tanta merces; ib. II, 84.

meritum: „quod istius tantum meritum?“ Planc. 71. mihi vero .. tua in me maxima merita tanta certe non viderentur, si ..; Ligar. 19. ut pro tantis eorum in rem publicam meritis honores eis habeantur; Phil. III, 39. huic tanto merito Bruti ... tantoque in rem publicam beneficio quis est tantus honos qui non debeatur? ib. V, 37.

metus: ſ. periculum; Quinct. 59. Verr. V, 80.

miseria: ſ. calamitas; Verr. V, 123. moderatio, modestia: ſ. patientia. — modus: ſ. mansuetudo.

moles: non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem; Catil. III, 17.

monstrum: quod tantum monstrum in ullis locis ... natum esse dicamus? Cluent. 188.

motus: hoc tam novo tantoque motu .. magnum aliquid deos populo Romano praemonstrare; har. resp. 20. non inest (illa vis) in hoc tanto naturae ... motu; Milo 84.

multitudo: quis ex tanta multitudine occiderit; Sex. Rosc. 92. concursus .. tantae multitudinis; Verr. a. pr. 4. in tanta multitudine civium Romanorum; ib. I, 150. in tanta multitudine accusatorum, tantis praemiis; Cluent. 115. quam ob rem ex tanta multitudine civium tam pauci ... sententiam fertis? ib. 147. ex tanta coniuratione tantaque hac multitudine; Catil. III, 14. in tanta multitudine improborum; Sulla 28. cum tanta multitudo civium ... me ... vocarent; dom. 7. in tanta improborum multitudine; Sest. 47. nullis comitiis umquam neque multitudinem hominum tantam neque splendorem fuisse; Piso 36. tanta multitudine hostium interfecta; Phil. XIV, 12. ſ. studium; Sest. 36.

munia: qui ... tanta munia atque rem publicam sustinent; Sest. 138.

munus: ſ. officium; Phil. IX, 11.

mutatio: unde igitur subito tanta ista mutatio? Phil. I, 33.

natio: tantis nationibus subactis; Piso 63.

naufragium: tantis in naufragiis civitatis; Piso 9.

necessitas: quae necessitas eum tanta premebat ..? Sex. Rosc. 97.

necessitudo: si ... mihi cum Siculis causa tantae necessitudinis non intercederet; div. Caec. 6.

neglegentia: tanta procuratorum est neglegentia; Phil. XI, 13.

negotium: nihil hoc tanto negotio ... uterer; Quinct. 47. tantis rei publicae negotiis tantoque bello impedito; Piso 82.

nequitia: regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset; Phil. II, 67.

nomen: tantum eius in Syria nomen ... est; Phil. XI, 35.

numerus: testium tanto numero citato; Verr. I, 20. tantum civium numerum ... detineri; ib. II, 6. frumenti tantus numerus ... cogitur; ib. III, 73. tanto numero frumenti ... imperato; ib. de tritici quidem numero tanto quis potest dubitare quin ..? ib. 76. utrum tantum numerum ... sibi acceperit an ..; ib. 86. hic tantus .. frumenti pecuniaeque numerus; ib. 106. ex tanto numero aratorum; ib. 224. tantum numerum civium Romanorum includere; ib. V, 144. tantum hominum numerum ... pepercisse huius capiti; Font. 3. unum ex tanto ‖ toto ‖ negotiatorum numero testem producant; ib. 12. nemo est ex tanto numero quin ..; ib. 15. ex tanto hominum numero; ib. 16. ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum; leg. agr. II, 79. in tanto numero tuorum; Catil. I, 26. ex hoc tanto numero deductus est nemo; Flacc. 44. in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui ..; Sest. 99.

oblivio: senatus vero iudicia ... quae tanta delebit oblivio? Deiot. 37.

occupatio: ſ. fortuna; Rab. Post. 41.

odium: excitatum esse ... in aratores tam infestum odium atque tantum; ib. III, 157. in tanto omnium mortalium odio; Piso 33. fac huius odii tanti ... periculum; ib. 65.

officium: quae (civitas) tantis officiis cum populo Romano coniuncta est; Verr. II, 163. huius officii tanti servitutem astringebam testimonio sempiterno; Planc. 74. in tanto officio tantoque munere; Phil. IX, 1.

onus: quibus tanta onera res publica imponeret; Verr. III, 164. potero ego hoc onus tantum ... sustinere? ib. V, 179.

opes: neque ... opes Carthaginis tantae concidissent; Verr. II, 3. ecquem existimatis ... tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum? ib. 11. pro tantis opibus rei publicae tantaque dignitate imperii; Sest. 1. cum tanta gratia tantisque opibus accusatio vestra nitatur; Cael. 19. ego enim hanc in tantis opibus, tanta fortuna liberalitatem in suos ... antepono; Rab. Post. 44.

opinio: evellam ex animis hominum tantam opinionem? Cluent. 4.

opus: ſ. **opus**, V (18 St.) Bd. III, S. 499, b.

ornamenta: ubi tot tantaque ornamenta magistratibus ... data? Verr. V, 83. ut dolerent boni non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem .. esse conversa; har. resp. 41.

otium: ſ. periculum; Catil. III, 17.

parricidium: cum Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis; Phil. XI, 14. eum nondum tanto parricidio oblitum hostem sua sententia iudicavit; ib. 27. quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus; ib. XII, 15.

pars: cum .. belli pars tanta restaret; Phil. II, 71.

patientia: tantamne patientiam, di boni! tantam moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem et modestiam! Phil. X, 7.

patrimonium: de tanto patrimonio; Sex. Rosc. 24.

pax: ſ. periculum; Catil. III, 17.

pecunia: cur tria praedia tantae pecuniae ... dantur? Sex. Rosc. 108. quo modo tibi tanta pecunia extraordinaria iacet? Qu. Rosc. 4. qui tantas ... pecunias ... repudiarit; ib. 24. tanta pecunia columnas dealbari; Verr. I, 145. absentis

Digitized by Google

damnationem, praesertim tantae pecuniae, multo invidiosiorem fore; ib. II, 42. primum quo tantam pecuniam (contulerunt)? ib. 137. tantam ... pecuniam auferri; ib. 141. verum ubi tandem ... ista tanta pecunia consumpta est? ib. 142. quicum tantae pecuniae rationem haberet; ib. 187. hanc pecuniam tantam ... laceratam esse; ib. III, 164. commissa est pecunia tanta praetori; ib. 177. ut tantam pecuniam scriba tuus auferret; ib. 181. cur ... tantae pecuniae partitio fiat; ib. 183. ne .. tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus; ib. 200. tantam pecuniam captam neglegere; ib. 218. a quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt? Font. 11. si forte desit pecunia, quae tanta ... recipi potest; leg. agr. II, 47. cum summam tantae pecuniae ... sibi ipse ex sua voluntate fecisset; ib. 64. esse ab illo tantam pecuniam Flacco datam; Flacc. 90. si dat tantam pecuniam Flacco; ib. 91. qui profecto de tanta pecunia ... nihil audisse non possent; ib. 93. [ad tantam pecuniam cogendam]; Rab. Post. 31. tantam pecuniam ... tam brevi tempore perire potuisse; Phil. V, 11. ut ... tantam pecuniam redemptori attribuendam .. curent; ib. IX, 16.

penuria: in tanta penuria; Verr. V, 25.

periculum: in tanto metu miser periculoque versabitur; Quinct. 59. tantum periculum .. adire; Verr. a. pr. 3. in tanto ... periculo; ib. 27. si ... in tantum adductus periculum videretur; ib. I, 70. quid evenerit ut in tantum periculum veniret; ib. 70. cum tanto tuo periculo; ib. III, 65. in tanto tuo liberorumque tuorum periculo; ib. IV, 78. in tanto praedonum metu et periculo; ib. V, 80. in tanto eius periculo; Cluent. 195. in tantis rei publicae periculis; Catil. I, 4. III, 7. neque nos umquam ... tantis periculis rem publicam tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus; ib. 17. id (bellum) vestro ... auxilio memoriaque tantorum periculorum ... a me ... facile propulsari posse confido; ib. IV, 22. si ... causam tanti periculi repudiassem; Muren. 8. in his L. Murenae tantis ... periculis; ib. 55. cui rem publicam cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam; ib. 80. de tantis omnium periculis cum quaererem omnia; Sulla 85. in tanto hominis ... periculo; Vatin. 2. tantis periculis propositis; Planc. 89. quod amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum suarum periculo; Rab. Post. 25. in tanto discrimine et periculo civis; Ligar. 16. in tantis periculis; Deiot. 40. omnes in tanto periculo ... erunt consulares; Phil. VIII, 22. haec .. tanta pericula si effugero; ib. XII, 30. ſ. impetus. infamia; Verr. III, 52. labor; Rabir. 29. metus; Quinct. 59. res; Muren. 83.

pernicies: neque tanta ... pernicies potest accidere ‖ accedere ‖; Verr. I, 4.

persona: non infirmitas ingenii sustinet ... tantam personam; Piso 24.

perturbatio: hac tanta perturbatione civitatis; Sest. 54. in tanta perturbatione rei publicae; Phil. XIII, 33. ſ. atrocitas; Phil. VIII, 32. conversio.

pestis: quod tantam pestem evomuerit; Catil. II, 2.

plaga: tu umquam tantam plagam tacitus accipere potuisses ..? Verr. III, 133.

pondus: tu .. tanto pondere auri ... discessum illum sustentasti; Rab. Post. 47.

populus: civis est nemo tanto in populo ... qui ..; dom. 108. ecquis est ex tanto populo qui ..? Rab. Post. 45. ſ. scelus; Milo 80.

potestas: ſ. imperium; Sulla 21.

praeda: dubitabitis etiam cui ista tanta praeda quaesita sit? Verr. III, 111. hac tanta praeda auctus; ib V, 80.

praemia: quam ob causam ... tantis praemiis donabantur? Sex. Rosc. 108. tanta praemia ... dare; Verr. III, 143. cum praemia mihi tanta ... sint data; Muren. 8. in tantis praemiis eloquentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore; Cael. 46. ſ. multitudo; Cluent. 115.

praesidium: in pecunia tantum praesidium .. esse; Verr. a. pr. 8. ne res publica tantis munita praesidiis ab istis vinci ... possit; leg. agr. II, 101. quod tanta rei publicae praesidia genuerunt; Phil. XIV, 34.

praestantia: neque hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest; Phil. X, 14.

pretium: quam (authepsam) tanto pretio nuper mercatus est; Sex. Rosc. 133.

provincia: ſ. exercitus; Piso 55.

prudentia: a quibus (militibus) tanta in iudicando prudentia non erat postulanda; Phil. X, 12.

recessus: ſ. latebrae.

religio: hanc tu tantam religionem ... ne nunc quidem ... perhorrescis? Verr. IV, 78. tantis eorum religionibus violatis; ib. quarum (dearum) sacra populus Romanus ... tanta religione ... tuetur; ib. V, 187. ſ. auctoritas; Verr. III, 74. cupiditas; ib. I, 48.

repugnantia: quia ‖ qui ‖ tantam rerum repugnantiam non vides ‖ videas ‖; Phil. II, 19.

c. **mit Präpositionen:** a: accipio; leg. agr. II, 2. 31. Arch. 32. Phil. XIV, 33. contendo; Verr. a. pr. 48. cupio; Qu. Rosc. 143. degenero; Phil. XIII, 30. depello; Catil. II, 3. 15. III, 28. Flacc. 1. Sest. 49. deposco; imp. Pomp. 12. deprecor; Verr. III, 10. V, 2. leg. agr. II, 100. Quir. 7. 16. Planc. 102.

Digitized by Google

Scaur. 46. differo; Phil. VIII, 32. exspecto; Verr. I, 3. habeo; Quir. 5. Phil. IX, 10. impetro; Sulla 93. metuo; Sex. Rosc. 8. nascor; Quir. 5. persolvo; Planc. 103. (peto); Sex. Rosc. 7 peto; ib. 12. div. Caec. 11. Cluent. 89. leg. agr. III, 2. Rabir. 37. Muren. 29. Flacc. 3. 4. 13. Sulla 71. 72. Arch. 31. Sest. 4. Balb. 17. 19. Planc. 3. 82. Scaur. 21. Phil. I, 15. II, 10. VII, 9. a *vobis peto*; Rabir. 38. postulo; Sex. Rosc. 6. Verr. III, 221. Cluent. 8. leg. agr. III, 2. Catil. III, 26. IV, 23. Planc. 8. quaero; Quinct. 79. Sex. Rosc. 129. Cluent. 137. Rabir. 38. Flacc. 65. Arch. 3. recupero; Quir. 5. reicio; Sex. Rosc. 153. repeto; Cluent. 202. — liber; leg. agr. II, 35. seiunctus; har. resp. 50. — logiſches Subject beim Paſſiv: absolvi; Verr. II, 180. Milo 70. adfectus sim; Piso 32. audior; Cluent. 63. sum ... auditus; Phil. I, 38. audietur; Sulla 78. audiri; Cael. 25. commendatus; Rabir. 2. erit comprobatum; Verr. II, 142. III, 220. comprobatam .. esse; imp. Pomp. 63. comprobata; Verr. II, 221. concedi; Arch. 4. [condemnetur a vobis]; Rab. Post. 46. conlocatus; Phil. XIII, 12. conservandam; Milo 104. est ... consulendum; imp. Pomp. 6. erat .. conversum; Piso 19. est corruptus; Deiot. 31. damnati esse; Catil. IV, 5. deprehenderetur; Catil. III, 4. deserar; Sex. Rosc. 10. sint .. data; har. resp. 16. existimari; Phil. VI, 9. exspulsum; Milo 104. impositam; Phil. VI, 2. inducitur; Cael. 58. infirmari; Sex. Rosc. 122. esset invitatus; Verr. IV, 25. est ... iudicatus; Phil. VII, 10. iugulari; Milo 31. laudatus, ... laudandus est; Phil. II, 13. praepositus est; imp. Pomp. 44. productus; Cael. 19. prolata esse; Sulla 12. esse propositum; Flacc. 106. pugnari; Sex. Rosc. 120. recognosci; Phil. VI, 15. repudiari; Phil. VI, 3. esset ... repudianda; Balb. 7. spectari; Verr. IV, 13. tribui; Arch. 4. vindicari; Sex. Rosc. 122.

cum: ago; Verr. I, 23. Phil. XII, 4. XIV, 33. certo; Catil. IV, 15. communico; Verr. V, 125. Muren. 2. coniungo; Catil. IV, 15. gero; Arch. 28. habeo; Verr. II, 77. recordor; Muren. 55. Cael. 43. Phil. II, 1. sentio; prov. cons. 25. sto; Sest. 120. — commune; Verr. I, 19. Rabir. 4. Phil. VII, 19. pariter; ib. I, 24. simul; Font. 33. una: leg. agr. II, 49. — zum Satz: Verr. II, 76. Rabir. 35. Catil. IV, 3. 11. Sulla 13. 87. Planc. 96. Marcell. 10.

de: agitur; Verr. IV, 26. cogito; Catil. IV, 1. conticesco; Phil. XIV, 33. expeto; Piso 46. iudico; Verr. a. pr. 47. ✕. Flacc. 99. loquor; Flacc. 65. opinor; Piso 45. praedico; Verr. V, 113. leg. agr. II, 84. timeo; Sest. 95. — existimatio; Font. 28. iudex; Verr. II, 77. iudicium; Flacc. 65. opinio; Verr. a. pr. 42. III, 59. V, 177. (opinio); ib. 183.

ex: audio; Sex. Rosc. 104. Piso 36. orior; Rab. Post. 15. quaero; imp. Pomp. 59. — aliqui; Cael. 7. complures; Verr. I, 15.

in: glorior; Ligar. 20. pono; Cluent. 200. remaneo; Verr. a. pr. 3. sita est; Muren. 83. sum; Verr. IV, 25. (fore); Catil. I, 32. — Lücke: * nec vobis magis quam in reliquis; Ligar. 28.

prae: fertis; Phil. IV, 11. tulistis; leg. agr. II, 4.

pro: audeo; Milo 82. excubo; Phil. VI, 18. ico; har. resp. 45. occupo; Font. 46. relinquo; Sest. 49. sentio; Rab. Post. 15. tendo; Font. 48. vigilo; Phil. VI, 18.

B. **Verbindungen:** I **mit Subſtantiven:** te uno amico tecti; dom. 49. *a* te ‖ te ‖ imperatore ... adlatus est; Piso 44. ante te praetorem; Verr. II, 46. III, 27. 101. quintus annus cum in te praetorem incidisset; ib. II, 139. ut crimina conlecta in unum reum [te] esse videantur; ib. 147.

II. **mit andern Pronomina und Adjectiven:** 1. **idem:** tu idem: ... probaris; Verr. III, 173. dixisti; imp. Pomp. 52. putasti; Scaur. 24. es; Marcell. 11. fer; Ligar. 30. idem tu ... repudiasti; Piso 64. idemque tu ... fuisti; sen. 17. expulisses; Vatin. 22. percussisti; Piso 84. — te eodem auctore; Planc. 75. eodem audiente et disceptante te; Deiot. 6. — vos idem addidistis; sen. 27. sedistis; Rab. Post. 10. potestis; Milo 46. vos eidem ... putabatis; prov. cons. 43. idem vos ... revocabatis; ib. 13. — vos eosdem existimaturos; leg. agr. II, 2. futuros; Planc. 104. apud eosdem vos; Balb. 4. — isdem vobis adsentior; prov. cons. 25. — vobis isdem .. patronis; Cluent. 163.

2. **ipse:** tu ipse praedicas; Quinct. 47. statuisti; ib. 76. fecisti; div. Caec. 31. vide, ... tu te conlige et considera; ib. 37. circumsessus paene incenderere; Verr. I, 85. sustulisti; ib. 154. quid sedes? quid moraris? ib. II, 191. statueras; ib. III, 101. fecisti, ib. 169. habes; ib. 197. locutus es; ib. V, 165. statue; Tull. 53. dedisti; Catil. I, 19. servas; Muren 76. tu [ipse] .. appellas; Flacc. 23. (fecisti); ib. 86. poteras; dom. 51. potuisti; ib. 77. abiecisti; Piso 74. pronuntiavisti; ib. 97. servaras; Planc. 13. ad quem cum di ... omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima; Deiot. 12. beatiores illi ... quam tu ipse; Ligar. 31. tu igitur ipse de te? Phil. XIV, 13. — te ipsum .. volo audire; Quinct. 79. accuso Sex. Rosc. 94. ulciscantur; div. Caec. 22. (esse); ib. 58. edixisse; Verr. I, 118 habebo; Caecin. 48. perspicere; ib. 64.; esse exiturum; Catil. I, 9. flectet, .. leniet, .. mitigabit; Muren. 65. esse; nulla 90. vocari; har. resp. 36 vicisti; Marcell. 12. loqui; Ligar. 38. pudet; Phil. II, 76. tulisse; ib. 110. moneo; ib. VII, 27. factum .. putant leniorem; ib. XII, 18. te ipsam .. se habere; Cael. 50. — ad te ipsum venit; Quinct. 38. ad ipsum te pertineret; Piso 48. ad te ipsum referre; Deiot. 7. ad te ipsum ... misit; Phil. XIV, 23. — apud ipsum te ... reprehendere; Ligar. 23. dicerent; Deiot. 8. — in te ipsum esse conversam; dom. 126. quaestio flagitaretur; Vatin. 26. incubuerunt; Planc. 17. — tibi ipsi .. pereundum fuisset; Verr. I, 157. esse numeratum; ib. II, 26. tibi .. necesse sit ipsi; ib. 149. fugienda sunt; ib. III, 4. probata esse; Font. 2. redditurum; Planc. 48. gratum esse; ib. 73. probasset; Milo 68. providenda est; Marcell. 21. — te ipso .. teste; Verr. I, 83. in re ... tam abs te ipso pervolgata; Verr. II, 104. a te ipso instituta; dom. 14. desperatum .. relictum; Piso 99. depositis; Phil. I, 31. a te ipsa compertam; Cael. 68 de te ipso .. quaero; Rabir. 20. ✕. rogaro; Vatin. 10. rogabo; ib. 13 ex te ipsa requiro; Cael. 50. pro te ipso; Sest. 33. — vos ipsi ... vocatis; Rabir. 20. iudicabitis; Flacc. 6. vos, vos .. ipsi [...] restitistis; Rab. Post. 13 — apud vos ipsos; Sex. Rosc. 120. — a vobis .. ipsis .. impetrari; Cluent. 142.

3. **omnes:** ſ. **omnis,** B, I, vos, vestrum, vobis (**B.** III. S. 466, b).

4. **singuli:** ad vos esset singulos ... perventurum; leg. agr. II, 85. vobis ... singulis et egi et agam gratias; sen. 30.

5. **solus:** quod ... solus tu inventus es; Sex. Rosc. 87. tu .. solus ... delectaris; Verr. IV, 98. tu solus prohibitus et ... proterritus; Caecin. 37. tu solus (fecisses); Caecin. 62. tu es solus; Phil. II, 70. — te unum solum ... venisse; Piso 98. —

Digitized by Google

tibi soli viveres; Marcell. 25. tibi soli natus esses; ib. — abs te solo remissum est; Verr. IV, 20. se ... a te solo .. esse contemptum; ib. 43. — soli vos potestis; Cluent. 200. vos soli .. putabatis; Piso 30. vos soli ignoratis; Milo 33. — vos solos et consuli et scire; dom. 33. — a vobis .. solis contemptus (ordo) est; Verr. IV, 26.

6. **universi:** vos universi ... possitis; leg. agr. II, 50. possideretis; ib. 85. (fuistis); Rabir. 32. conclamastis; Phil. VI, 2. — vos universos ... vituperaturi; leg. agr. II, 6. vidisse; ib. 103. colere debeo; sen. 30.

7. **unus:** tu unus ... negas; dom. 85. prohibuisti; Phil. II, 52. inventus es; ib. 85. unus tu ... habes; Flacc. 71. fuisti; Piso 86. putares; Vatin. 17. — te .. unum ... fuisse; div. Caec. 52. te unum solum ... venisse; Piso 96. te unum; intueor; Deiot. 5. posse; Phil. I, 33. ad te unum ... spectat; Deiot. 5. confero .. in te unum; har. resp. 35. praeter unum te; Verr. V, 121. Vatin. 17. propter unum te; Catil. I, 18. — tibi uni parcam; Verr. V, 105. fuit; Catil I, 18. sunt excitanda; Marcell. 23. parum; ib. 21. peteres; Phil. II, 86. est; ib. 96. — ab uno te .. victus; Piso 27.

III. **mit Affix:** tute dicis; Sex. Rosc. 76. arguis; ib. 94. fecisti; div. Caec. 27. condemnere; ib. 31. scribis; Verr. I, 80. scripsisti; ib. 84. fatebere; ib. II, 137. confiterere || profiterere || ac dictitares? ib. III, 141. coeperis; ib. V, 19. fuisses; Rabir. 25. noris; Muren. 77. constitueris; Sulla 46. legasti; Sest. 33. indicasti; Piso 91. solebas; Phil. II, 5. — vosmet .. recordamini; Cael. 43.

IV. **mit Affix und Pronomen:** tute ipse ... repudiabas; Verr. I, 112. confiteris; dom. 26. — vosmet ipsi reiceritis; Verr. I, 22. considerate; ib. III, 29. sustulistis; Caecin. 9. meministis atque vidistis; Catil. III, 24. recordamini; Muren. 50. statuatis; Flacc. 65. describatis; ib. praefuistis; dom. 142. vosmet ... existimatis et facitis ipsi; prov. cons. 23. — vosmet ipsos ... audire; Verr. IV, 132. consolari; leg. agr. II, 77. deludi; ib. 79. contra vosmet ipsos facere; Sex. Rosc. 104. in vosmet ipsos recidere; ib. 79. per vosmet ipsos; imp. Pomp. 64. — vobismet ipsis ... constituere; Caecin. 40. debeamus; Quir. 5. consulere; dom. 45. gratum et iucundum ... esse; ib. 147. — a vobismet ipsis emptos; leg. agr. II, 98. de vobismet ipsis (tabella); Flacc. 99.

tuba, Trompete: I. mitto: ille arma misit, cornua, tubas; Sulla 17.

praemitto: cum tubas, ... cum aquilam illam argenteam ... scirem esse praemissam; Catil. II, 13.

II. sonus: eius modi res ... obstrepi ... videntur .. tubarum sono; Marcell. 9.

tueor, beſchützen, bewahren, behaupten: alqm: perfacile .. esse Sicilia iam tuebatur; Verr. V, 8. cum homines se ... innocentia tuebantur; Cluent. 95. senatores, qui se facile tuentur; ib. 152. cum privati parietum se praesidio, non legum tuerentur; Quir. 14. quem res publica tuebatur; dom. 46. comprehendere multos amicitia, tueri obsequio; Cael. 13. ego eum non tuear, quem ..? Planc. 93. domesticis me parietibus vix tueor; Phil. XII, 24.

alqd: ne ... vobis turpissimum sit, id quod accepistis, tueri ... non posse; imp. Pomp. 12. ut ea, quae gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem; Catil. III, 29. id se pro dignitate hominis ... tueri solere; dom. 19. cur ea, quae mutare non possemus, convellere malumus quam tueri? Balb. 61. haec habet proposita, haec tueri volt; Phil. X, 23.

aedem: aedem Castoris ... habuit tuendam; Verr. I, 130.

amicitias: ut ... amicitias ... tuear; sen. 23. omnis amicitias tuendas semper putavi summa religione et fide; Fr. E, 2.

amplitudinem: potes domesticae laudis amplitudinem .. tueri; Verr. IV, 80.

arationes: cum ... eas (arationes) .. magna impensa magnoque instrumento tueretur; Verr. III, 53.

auctoritatem: tuebatur auctoritatem summi viri; Piso 28.

beneficium: ſ. **beneficium,** II, 1. tueor (5 St.) B. I, S. 412, a.

Bithyniam: ut ... Bithyniam tueretur; Muren. 33.

causam: qui tantam rei publicae causam .. consilio suo tueretur; Piso 19.

clientelam: tu ... unius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? Verr. IV, 90.

comites: comites .. Antonii ... num quis est qui tuendos putet; Phil. XI, 37.

commoda: ſ. libertatem; Sest. 137.

consulatum: tuendi consulatus (cogitatio versatur in animo meo); leg. agr. II, 5.

copias: nunc exiguas (copias) vix tueri potest; Deiot. 22.

corpus: ſ. vitam; Phil. XIII, 6. — dignitatem: ſ. **dignitas,** II. 1. tueor (7 St.) B. II, S. 114, b.

domum: quam (domum) ipse privato iure tueretur; har. resp. 16. quam (domum) nunc male tuetur; Phil. II, 62.

factum: ut meum factum semper omnes praestare tuerique deberent; Sest. 38.

fanum: quod (fanum) cum Deiotarus religione sua castissime tueretur; har. resp. 29.

filium: qui vel minus honestum (filium) et alienum tueri ... possit; Planc. 32.

finis: quibus (copiis) finis suos ab excursionibus et latrociniis tueretur; Deiot. 22.

fortunas: ſ. vitam; Phil. XIII, 6. — gloriam: ſ. laudem.

Graeciam: tuetur Graeciam; Phil. X, 14. ſ. Macedoniam; ib. 26.

homines: ſ. alqm; Cluent. 95.

hospitia: quae (hospitia) ... non minore labore tueor; Catil. IV, 23.

Illyricum: ſ. Macedoniam; Phil. X, 26. — imperium: ſ. urbem; dom. 43. — indicia: ſ. memoriam.

innocentiam: Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest; Font. 21.

iudicia: patres conscriptos iudicia male ... tueri; Verr. a. pr. 44.

ius: ut suum ius tueretur; Ligar. 18.

latitudinem: qui latitudinem possessionum tueri ... possint; leg. agr. II, 68.

laudem: qui laudem gloriamque P. Africani tuendam .. susceperit; Verr. IV, 82.

legem: se tueri || sentire, al. || legem; prov. cons. 36.

libertatem: plebis libertatem et commoda tueri ... voluerunt; Sest. 137. C. Curionem ... libertate communi tuenda maxime liberum ... delere voluisti; Vatin. 24.

locum: ſ. nobilitatem.

Macedoniam: hanc Macedoniam ... nomine ipso populi Romani tuebamur; prov. cons. 5. uti .. Q. Caepio Brutus pro consule provinciam Macedoniam, Illyricum cunctamque Graeciam tueatur; Phil. X, 26.

maiestatem: per se ipsum senatum ... tueri facile maiestatem suam; Sest. 12.

membra: quae (membra) tuenda ... sunt; Sest. 98.

Digitized by Google

memoriam, monumenta: quisnam ... tuebitur P. Scipionis memoriam mortui, quis monumenta atque indicia virtutis? Verr. IV, 80.

munus: unde scriba tuus hoc tuum munus ac beneficium tueretur; Verr. III, 187. animo consulem esse oportet, ... toto denique munere consulatus omni officio tuendo; Piso 23. ſ. nomen.

nobilitatem: nobilitatem illam inter suos locumque a maioribus traditum sic tuetur, ut ..; Cluent. 196.

nomen: nec nomen illud poterat nec munus tueri; Rab. Post. 28.

obsides: quos (obsides) ut ... tueri ... possimus; div. Caec. 72.

personam: quam magnum est personam in re publica tueri principis! Phil. VIII, 29.

praedia: tot praedia ... filio suo ... tuenda tradiderat? Sex. Rosc. 43.

provinciam: quam (provinciam) tueri ... difficile esset; Verr. V, 38. ad ipsas provincias tuendas; imp. Pomp. 14. ſ. Macedoniam; Phil. X, 26.

publicanos: quos (publicanos) ... non splendor tueri potuit; prov. cons. 11.

pueritiam: quis est .. qui tueri possit liberum nostrorum pueritiam? Verr. I, 153.

religionem: quae (aedilitas) maxime hanc tueri religionem solet; har. resp. 27.

rem: ut quisque eis rebus tuendis [..] praefuerat; Verr. IV, 140. ut nulla res tanta sit ... quam ille non ... integritate tueri ... possit; imp. Pomp. 59. ſ. vitam; Phil. XIII, 6. urbem; Phil. XII, 24.

rem publicam: ad eam rem publicam tuendam adgressi; Sest. 141. semper illius ... praesentem in re publica tuenda curam ... fama celebrabit; Phil. IX, 10.

sacra:: sacra populus Romanus ... tuetur; Verr. V, 187.

salutem: cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo; Planc. 8. mene non potuisse Milonis salutem tueri? Milo 102.

senatores: ſ. alqm; Cluent. 152.

senectutem: cuius senectutem tueri ... debebat; Deiot. 2.

Siciliam: ſ. alqm; Verr. V, 8.

Siculos: Siculos tueri ac retinere voluerunt; Verr. III, 14.

simulacrum: quod (simulacrum) C. Caesar solus tuetur; Rab. Post. 41.

tribunatum: quem (tribunatum) aequitate humana tueri non potest; dom. 2.

veteranos: ego .. veteranos tueri debeo; Phil. XI, 37. veteranos ... tueri ... debeo; ib.

vitam: cum ... vitam suam tueretur; sen. 4. quam (vitam) ipsa aeternitas semper tuebitur; Marcell. 28. tuere || tu vero, al. || ita vitam corpusque, ita fortunas, ita rem familiarem, ut ..; Phil. XIII, 6.

urbem: mihi totam urbem tuendam esse commissam; Verr. V, 36. qui hanc urbem atque imperium tuentur; dom. 143. urbem et res urbanas ... tuebimur; Phil. VII, 24.

tugurium, Hütte: tugurium ut iam videatur esse illa villa; Sest. 13.

tum, dann, damals, ferner, bald: A. **einmal:** I. **allein:** 1. **bei Verben:** abicio: quam (togam) omnes praetores aedilesque tum abiecerant; sen. 12.

absolvo: tum illum absolverunt; Cluent. 105.

absum: qui tum afuerunt; dom. 10.

accidit: quod tum accidit; Phil. I, 14.

accipio: ille etiam grave tum volnus accepit; Catil. IV, 13. ut intellegat quantum a me beneficium tum acceperit; Phil. II, 7.

adduco: hic tum C. Fabricius ... frequentis eos ad me domum adduxit; Cluent. 49. hic tum Fabricius ... adduxit; ib. 56.

adeo: adiit tum periculum; Sest. 62.

adhibeo: ſ. do; Verr. IV, 67.

adsentior: cui tum est senatus adsensus; Planc. 37.

adsum: qui aderant tum Quinctio; Quinct. 30. qui tum aderant; Verr. a. pr. 19. V, 163. atque etiam casu tum ... Staienus ipse non aderat; Cluent. 74. qui tum adfuerunt; Planc. 89. qui tum adfuerint Cornelio; Fr. B, VI, 44.

ago: praetereo quid tum sit actum; Verr. V, 38. quae (causa) tum agebatur; Cluent. 142. quae tibi tum gratiae sunt a me actae! Flacc. 102. quae (res) tum agerentur; Arch. 28. quod si tum nihil est actum; dom. 124. tum conventus ille ... gratias egit; Sest. 9. umeris gestum agebant [tum] temporis .. causa; Rab. Post. 36. qui tum nihil egit aliud; Ligar. 36. tum tu quid egisses? Phil. II, 88.

appello: tum appellat; Cluent. 72. a quo (teste) tum appellatus nusquam est; Rab. Post. 11.

ascribo: Heracliaene esse tum ascriptum negabis? Arch. 8.

audeo: quis tum auderet dicere ..? Cluent. 80.

audio: tum iste excitatus audit rem omnem; Verr. V, 94. quis te tum audiret illorum aut quid diceres? Planc. 44.

aufero: quod tum abstulit; Qu. Rosc. 53. tum iste ab equite Romano ... eculeos argenteos nobilis ... aufert; Verr. IV, 42.

cano: non haec .. a me tum ... canebantur? Sest. 47.

capio: qui tum arma pro communi libertate ceperunt; Rabir. 27. tu tum ... nuntios cepisti; Flacc. 102.

cedo: tum nonne cesserunt (arma)? Phil. II, 20.

ceno: qui tum casu apud Domitium cenabat; Deiot. 32.

claudo: qui (portus) tum ... clausus fuisset; Verr. IV, 116.

coepi: tum illos coepisse praetori dicere ..; Verr. IV, 32. tum pro se quisque ... docere .. coepit; ib. 139. tum ab Staieno ... auxilium ... petere coepit; Cluent. 57.

cognosco: tum alias quoque suas palmas cognoscet; Sex. Rosc. 84. ſ. pateo.

commendo: qui mihi tum illam causam commendabant; Cluent. 50.

committo: quae tum ... commissa non sunt; Verr. IV, 116. ut mihi illum honorem tum non solum datum, sed etiam creditum et commissum putarem; ib. V, 35.

commoveo: his tum rebus commotus ... descendi; Muren. 52.

compleo: meministis tum .. corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refarciri, e foro spongiis effingi sanguinem; Sest. 77.

comprobo: quae tum contra me ... comprobaverunt; Sest. 33.

concedo: tum egomet tibi ... concedam; Muren. 68.

concido: si tum illorum impiorum ferro ... concidissem; Planc. 90.

concurso: qui tum armati ... concursabant; Sex. Rosc. 81.

confirmo: ſ. ostendo.

conflo: quibus ipsis periculum tum conflari putabatur; Sulla 13.

coniungo: si tum se cum Catilina ... coniunxerat; Sulla 52.

conligo: tum ... aratores reliquos non conligebant; Verr. III, 125.

Digitized by Google

conor: quia tum Cn. Dolabella in eum ... animadvertere ... conatus est; Verr. I, 88.
consecro: ſ. do; Verr. IV, 67.
constituo: ſ. promulgo.
consto: datam (pecuniam) .. esse tum ... facile constabat; Verr. I, 101. tum nimis inter omnis constabat; Phil. II, 106.
convenio: qui tum in Capitolium convenerat; dom. 15.
credo: non est .. tum Alexandrinis testibus creditum; Rab. Post. 34. ſ. committo; Verr. V, 35.
cupio: qui tum ... vexare cupiebant; Sest. 11.
decerno: in quos tum consules designatos idem illud senatus decreverat; Cluent. 137.
dedo: ego vero neque me tum desertum puto, sed paene deditum; dom. 30.
defendo: qui tum ... salutem rei publicae defenderunt; Rabir. 27. quibus auctoribus ... omnium tum salus esset ... defensa; Flacc. 2. vitam .. tum suam ... defendit; Sest. 76.
defero: delatum [tum] est ad vos; dom. 140.
demonstro: id quod ipsius tabulis tum est demonstratum; Cluent. 40. haec tum agente Quinctio ... demonstrata sunt; ib. 108.
depoposco: tum tuus pater ... provinciam depoposcit; Sulla 52.
deprecor: tum deprecabitur a vobis; Verr. V, 2.
deprehendo: tum est illa ... scelerata ... sica deprehensa; haec. resp. 49.
desero: ſ. dedo.
desidero: id quod omnes tum desiderabant; Verr. I, 75.
designo: ſ. decerno. soleo; Verr. III, 45.
desum: scio enim tum non mihi vestrum studium ... defuisse; Sest. 43.
deterreo: ibi tum vir optimus Sex. Naevius hominem ... deterret ne auctionetur; Quinct. 16.
dico: ſ. do; Verr. IV, 67.
dico: qui tum dixit; Quinct. 34. tum mihi Roscius et alia multa ... dixit; ib. 78. tum illa (mulier) ... dixit; div. Caec. 55. hoc tum dixit; Verr. I, 71. hoc tum de sella vir optimus dixit; ib. 124. tum iste homo innocens ... dicit; ib. III, 136. tum iste ... dicit; ib. V, 106. num quis est igitur qui tum dicat in campum aspirasse Sullam? Sulla 52. tum ... dicere; har. resp. 48. tum princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit; Sest. 73. qui tum lacrimas meas gratas esse dicebas; Planc. 77.
dictito: quod tum Sassia dictitavit; Cluent. 183.
dimitto: [tum Naevius] pueros ... dimittit; Quinct. 25.
discedo: ita tum disceditur, ut ..; Quinct. 29. tum discedunt; Verr. I, 138.
do: si Alfenus ... tibi tum satis daret; Quinct. 83. tum se ... dare, donare, dicare, consecrare, ... adhibere; Verr. IV, 67. tum iste ... dat ... negotium; ib. 100. ipse ... tum se .. in conspectum nautis paulisper dedit; ib. V, 86. tum contra te dedit arma hic ordo consulibus; Phil. II, 53. ſ. committo; Verr. V, 35.
doceo: tum eum docet Heraclius non posse eo die sortiri; Verr. II, 37.
dono: ſ. do; Verr. IV, 67.
edo: si tum ... animum ... edidisset; Sest. 83.
educo: quem (medicum) tecum tum ‖ tu ‖ eduxeras; Piso 83.
effingo; ſ. compleo. — eicio: ſ. explodo.
eludo: ſ. impello.
erumpo: [tum] ‖ cum, al. ‖ erupit e senatu; Muren. 51.
evolo: qua e poena si tum ... evolarunt; prov. cons. 14.
exardesco: quamquam tum ... tempus illud exarserat; Rab. Post. 13.
excido: discessu tum meo ... gladii de manibus .. exciderunt; Piso 21.
existimo: bono te animo tum ... populus Romanus ... dicere existimavit; imp. Pomp. 56.
explodo: quod tum explosum et eiectum est; Cluent. 86.
exsto: quod (testamentum) tum non exstaret; Verr. I, 115. qui tum animus L. Flacci ... exstitit; Flacc. 103.
facio; quae (caedes) tum factae sunt; Sex. Rosc. 94. erant enim tum censores legibus facti; Verr. II, 138. hoc tum iudicio facto et Oppianico ... condemnato; Cluent. 56. quid tum fecerint; Rabir. 31.
fero: graviter tum et acerbe homines ferebant; Verr. I, 152.
floreo: iure tum florebat populi Romani nomen; div. Caec. 69.
fugio: tum mortemne fugiebam? Sest. 47. sciasne tum fugisse Memmium? Vatin. 34.
gemo: quis tum non gemuit? Milo 16.
gero: quae (bella) tum ... a populo Romano gerebantur; Font. 13. quibuscum tum bellum gerebamus; imp. Pomp. 9. qui tum populo mos gestus est; Cluent. 90. quod (bellum) tum populus Romanus ... gerebat; Muren. 12. tum ... II viratum gerebat; Sest. 19.
gratulor: si mihi tum essent omnes gratulati; Planc. 66.
guberno: qui tum rem publicam gubernabant; har. resp. 41.
habeo: qui tum illud iudicium habebant; Verr. II, 71. [is qui tum magistratum Syracusis habebat]; ib. IV, 137. ut tum habebatur; Cluent. 11. tum ... habuit regalem potestatem; har. resp. 54. quem (exercitum) tum secum habebat; Sest. 11. tum habuisti quasdam formidines; Fr. B, XV, v, 2.
habito: qui tum apud Lucceium habitabat; Cael. 51.
ico: ſ. renovo.
impello: qui tum est impulsus, inductus, elusus; Phil. II, 79.
impero: tum iste magna voce .. imperat; Verr. III, 55.
impono: quam (personam) mihi tum tempus ... imposuit; Sulla 8.
incendo: vos .. animum meum tum ... incendistis; Sulla 40.
indico: quod si tum indicatum non esset; Cluent. 201.
induco: ſ. impello.
infligo: tum illud ... tibi volnus inflictum est; Phil. II, 52.
ingemisco: quis tum non ingemuit? Vatin. 31.
inicio: hic tum iniectus est hominibus scrupulus; Cluent. 76. in hanc flammam recentem tum C. Iunium [...] esse iniectum; ib. 79.
inligo: tum illa ... ita scite in aureis poculis inligabat, ... ut ..; Verr. IV, 54.
inquam: tum iste clare ... inquit; Verr. III, 69. tum quidam, quasi qui omnia sciret: „quid? tu nescis“ inquit ..? Planc. 65.
intellego: tum illi intellexerunt; Verr. V, 56. tum intellegetis qua religione dicant; Flacc. 10. tum intelleges quantum ... intersit; Phil. II, 115.
intereo: tum ... fructus annuus interibat; Verr. III, 125.
interimo: quem qui tum interemisset; Milo 39.
intersum: qui tum in Sicilia negotiis Dionis interfuissent; Verr. I, 28.

Digitized by Google

intueor: quos enim ego tum alios animo intuebar? Planc. 101.

invenio: quem nemo praeter Cotylam *tum* inventus sit qui defenderet; Phil. V, 6.

invideo: nemo tum novitati invidebat; Phil. IX, 4.

iubeo: tum ... classem ... inflammari .. iussit; Verr. V, 91.

iudico: quid tum esse existimas iudicatum? Cluent. 112. qui tum rem illam iudicabant; Muren. 58.

licet: cui tum liceret docere ..? Cluent. 80.

loquor: ut homines tum loquebantur; Cluent. 84.

mitto: tum iste continuo mittit homines certos Melitam; Verr. IV, 39. tum mittit, ... ut ..; ib. 66.

moveo: sin ille tum motus est; Flacc. 58.

navigo: qui ... tum non navigarit et ... remanserit; Verr. V, 111.

nego: tum ille ‖ tum ‖ ... negavit; Verr. I, 66. tum iste negat; ib. III, 137. negavisti tum te inspicere velle; Deiot. 19.

nomino: quem tum ... in lapidatione illa nominabant? dom. 14.

obsideo: tum ille ... obsessus est ipse domi; har. resp. 49.

obsigno: quas (tabulas) tum obsignatas esse dixit; Cluent. 184.

obtineo: qui tum quaestor Macedoniam obtinebat; Vatin. 25. Africam tum prator ille obtinebat; Cael. 10. suam enim quisque domum tum obtinebat; Phil. II, 48.

occupo: quae (tenebrae) totam rem publicam tum occuparant; Verr. III, 177.

offero: cuius .. fortunae studia tum laudi ... tuae se non obtulerunt? Phil. I, 30. quis tum nobis ... obtulit hunc divinum adulescentem deus? ib. V, 43.

ostendo: tum iste ... ostendit et confirmavit; Verr. II, 90. tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum; Catil. III, 10.

parco: cum ... sibi tum non pepercisset; Cluent. 168.

pario: tum ... consulatus vobis pariebatur; Sulla 49.

pateo; nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio; Sulla 81.

pecco: nemo enim ita tum peccabat, ut ..; Verr. II, 191.

pereo: tibi ipsi tum pereundum fuisset; Verr. I, 157.

perterreo: illi autem alio ‖ aliquo ‖ tum timore perterriti ... nolebant; Sest. 40.

pertimesco: hic tum Oppianicus ... pertimuit; Cluent. 73.

pervenio: ad eam columnam ... tum ... pervenerat; Cluent. 39.

peto: cur non item ut tum ‖ cum ‖ decreto et palam regionem illam petierunt? leg. agr. II. 44. qui tum praeturam petebat; Sulla 42. qui tum consulatum petebat; sen. 37. Quir. 6.

plaudo: nisi forte Accio tum plaudi ... putabatis; Phil. I, 36.

polliceor: tum ... pollicetur; Cluent. 71. nihil tibi ego tum ... pollicebar; Planc. 101.

possideo: qui tum possideat; Caecin. 90.

possum: qui tum .. poterant ... plurimum; Quinct. 69. tum se deprehensum negare non potuisse; Verr. IV, 29. quis tum posset arguere ..? Cluent. 80. qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius? ib. 86. si tibi tum ... omnia in mentem venire potuissent; dom. 129. aequo animo tum ... in hac urbe esse posset? Sest. 63.

postulo: Nicostratum eundem illum tum sine causa in quaestionem postulavit; Cluent. 181.

precor: quae tum homines precabantur; Sest. 72.

profero: tum illam ... audaciam protuli; Quinct. 88. qui (codex) tum interlitus proferebatur; Cluent. 91.

proficiscor: tum isti ... una proficiscuntur; Verr. II, 62. tum ... profecti sunt; ib. IV, 108.

promitto, promulgo: quae tum promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti; dom. 24.

pugno: tum qui contra vos ... pugnabant; Sulla 49.

puto: quem tum ille demens laedere se putabat edictis! Phil. XIII, 19. ſ. conflo.

quaero: C. Caesarem ... tum quaesisse quendam; Vatin. 38. consulem ego tum quaerebam; Piso 19. ſ. ostendo; Catil. III, 10.

recito: quae (munera) tum ex tabulis Oppianici recitantur; Cluent. 34.

redigo: quod tum redactum esset; Qu. Rosc. 53.

refarcio: ſ. compleo.

refero: *tum* ... ad senatum ... rettulit senatusque ... censuit; Sest. 26.

remaneo: ſ. navigo.

renovo: tum est cum Gaditanis foedus vel renovatum vel ictum; Balb. 34.

reperio: nihil tum nisi quod erat notum ... reperiebatur; Phil. I, 2.

repudio: qua tum superbia ... civium lacrimas repudiavit! Sest. 26.

retineo: retinebatur hoc tum nescio quo modo; Verr. III, 94.

revertor: illi tum inanes ad Antiochum revertuntur; Verr. IV, 65. tum ... Romam armati reverterunt; Fr. B, VI, 25.

scribo: id non modo tum scripserunt, verum etiam ... tradiderunt; Verr. IV, 145.

sedo: tum ... pugna [...] sedatur; Catil. III, 6.

sentio: quibus (lacrimis) ego tum vos .. moveri sentiebam; Milo 34.

soleo: quanti (conventus) ad Cn. Pompeium tum consulem designatum ... fieri soliti sint; Verr. III, 45.

spolio: sese .. tum scire spoliatum esse fanum; Verr. I. 52.

statuo: statui egomet mihi tum modum; Verr. V, 163.

sto: qui tum ... stetissent; Cluent. 78.

subicio: quae causa tum subiciebatur ab ipso? Verr. V, 146.

sum: qui tum erat in provincia; Quinct. 28. si tum par tibi ius cum Alfeno fuisse non putas; ib. 71. erat tum multitudo sicariorum; Sex. Rosc. 93. quae tum studia hominum, qui concursus futuri sint; div. Caec. 42. fuisse tum ‖ tamen ‖ non nullos qui ..; Verr. a. pr. 23. quod tribuni plebis tum erunt; ib. 30. erit tum consul Hortensius; ib. 37. erat tum dissensio civium; ib. I, 34. tum aequabiliter omnes erant; ib. 56. hunc sermonem tum esse audiebamus; ib. 59. qui tum accensus C. Neroni fuit; ib. 71. qui tum in Asia tribunus militum fuit; ib. si hoc tum fuisset edictum; ib. 125. tum nemo molestus Dioni fuerat; ib. II, 21. qui tum in Macedonia fuit; ib. 24. tum ‖ dum, tunc ‖ participes praedae fuisse; ib. 45. qui quam tibi amicus ... tum fuerit, quam diu tecum in provincia fuit; ib. 58. adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant; ib. 122. qui tum magister erat eius societatis; ib. 173. qui casu tum Romae fuit; ib. III, 18. casu scribae tum duo magistri fuerunt cum Vettio; ib. 168. huius .. insania ... mihi tum molesta sane fuit; ib. IV, 148. tum ut quisque in fuga postremus, ita in periculo princeps erat; ib. V,

Digitized by Google

90. iam hoc quis tum fuit Syracusis quin audierit? ib. 120. qui casu tum Messanae fuerunt; ib. 158. qui tum in Sicilia erat; ib. 168. quasi tu Gavio tum fueris infestus; ib. 169. nam ibi tum erat; Tull. 20. quorum ea vicinitate tum illa bona atque honesta copia praesto fuit; ib. 22. reperietis ‖ sciotis ‖ fuisse tum M. Cornutum; Font. 43. quasi ... tum quisquam fuerit qui ..; Caecin. 16. ubi tum esset; ib. 90. quae (Dinaea) tum ei mulieri socrus erat; Cluent. 33. quam clara (caedes) tum recenti re fuit, quam omnium sermone celebrata? ib. 36. qui tum erat III vir; ib. 38. qua (aetate) tum eram; ib. 51. quis tum erat omnium qui ... arbitraretur? ib. 55. quae (lex) tum erat; ib. quae tum erat potestas; ib. 75. fuisse hunc tum hominum sermonem recordari potestis; ib. 85. infestus tum populus Romanus fuit C. Iunio; ib. 92. quia tum in causa nihil erat praeter invidiam; ib. 93. quod (tempus) tum erat; ib. 142. quae (nobilitas) tum erat; ib. 153. TUM EI X VIRI .. EODEM IURE SINT, QUO QUI OPTIMA LEGE; leg. agr. II, 29. qui tum erant; Rabir. 21. qua (aetate) tum fuit; ib. 26. qui tum extra urbem cum praesidio fuit; ib. qui ... pubes .. tum fuerit; ib. 31. utrum tum omnes boni ... fuerint; Flacc. 5 (§. 9). qui in Asia tum legatus fuit; ib. 31. qui tum erat praetor; Sulla 42. tum fuimus tam vehementes quam necesse fuit; ib. 87. fuisti .. tum ‖ tu ‖ apud pontifices superior; dom. 4. si tum consules .. fuissent in re publica; ib. 91. tua tum ... eadem virtus fuit; har. resp. 22. illis tum erat reditus in suas civitates; Sest. 30. qui privati tum essent; ib. 40. quae tum frequentia senatus ... fuerit; ib. 72. quae tum significatio fuerit omnium; ib. 122. ubi erant tum illi contionum moderatores? ib. 125. nam tum erat *civitas;* Piso fr. 6. tum .. fuisset; ib. fr. 8. te consulem tum Romae .. fuisse; Piso 9. qui tum erat praetor; ib. 77. recordare qui tum fuerint ... hostes; Planc. 87. quo tum rex animo fuit? Deiot. 25. qui tum erant consules designati; Phil. II, 12. qui tum cum senatu copulatus fuit; ib. 19. qui in Italia tum fuerunt; ib. 57. qui tum tecum fuerunt; ib. 59. si tum esses; ib. VIII, 14. qui tum erant: Fr. B. VI, 12. ut opinio tum erat; ib. XV, V, 4.

sumo: *quam ad rem aurum tum sumeret;* Cael. 52.

surgo: hic ego tum ad respondendum surrexi; Cluent. 51.

teneo: qui ‖ quae, qua ‖ tum magnam partem rei publicae ... tenebat; Rabir. 20. ut tum lege eadem is populus teneretur; Balb. 20.

timeo: cum ... pestiferum a Brundisio tum M. Antonii reditum timeremus; Phil. IV, 3.

tollo: illim tum pro mortuo sublatus perbrevi postea est mortuus; Verr. V, 142.

trado: ſ. scribo.

tribuo: quem illi diem festum ... debitum reddebant, tum generi ... tribuebant; Verr. II, 51.

vendo: ſ. promulgo.

venio: tum frequens senatus ad istum venit; IV, 87. qui casu tum Larinum venisset; Cluent. 40. iudices infesti tum reo venerant; ib. 75. quo si tum veniret; Sest. 63. te prius ad parentem tum ‖ tuum ‖ venisse quam ad me; Phil. II, 49.

ventilo: cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium contio ventilata; Flacc. 54.

vereor: quis tum nostrum Sullam ... verebatur? Sull. 66.

versor: istius nequitiam [et iniquitatem tum] in ore volgi ... esse versatam; Verr. I, 121. largitionis voluntas tum in re publica versata est; Catil. IV, 13.

video: sin autem vos plus tum in re publica vidistis; imp. Pomp. 64. Autronium tum in campo vidimus; Sulla 51. si finem tum vincendi viderem; Planc. 88.

videor: quae tum ... incredibilia videbantur; Catil. III, 21. qui tum a vobis seiuncti videbantur; har. resp. 50. quod tum hominibus non supercilium ... videbatur; Sest. 19. qui tum ... confiteri videbantur; ib. 40.

vigeo: vestrae tum (aras), vestrae religiones viguerunt; Milo 85.

vinco: qui si tum illam labem .. vicisset; Vatin. 25.

vivo: quam (vitam) tum ille vivebat; Cluent. 170.

ulciscor: Crassus tum ita Brutum ultus est, ut ..; Cluent. 141.

voco: qui tum in crimen vocabatur; Planc. 55.

volo: illam (sententiam) unam nemo tum istorum suam dici vellet; Cluent. 105. quid ergo illa tua tum obtestatio tibicinis? ... quid *verba* prisca voluerunt? dom. 125. si .. tum illi ... respondere voluissem; Phil. III, 33.

utor: quo (verbo) tum ... usa erat civitas illa; Phil. I, 1.

2. **bei Adjectiven** (vgl. 1. sum): dubius: causa tum dubia; Ligar. 19.

novus: gradus illi Aurelii tum novi quasi pro theatro ... aedificati videbantur; Cluent. 93.

praeclarus: praeclara tum oratio M. Antonii, egregia etiam voluntas; Phil. I, 2.

qualis, qui: qui tum inde reditus aut qualis? Phil. II, 48.

subinvisus: tum subinvisum apud malevolos Postumi nomen; Rab. Post. 40.

3. **bei Substantiv**: adulescens: Q. Catulus, admodum tum adulescens; Rabir. 21.

II. **mit anderen Partikeln:** ac: ac tum ... crimen ... comprobabatur; Cluent. 39. ac tum si dicerem, non audirer; ib. 80.

aliquando: tum iste aliquando: „age, dic", inquit; Verr. II, 75.

atqui: atqui tum neque iudicium ... dabatur neque ..; Verr. III, 117. atqui tum ea petebat, quae videbantur improba; Phil. XII, 11.

autem: statim se ad hominis egentis, ... tum autem iudicis, Staieni familiaritatem se applicavit; Cluent. 66. tum autem ... aes alienum eiusdem est dissolutum; Sulla 56.

demum: tum demum illa omnia victa videbuntur, cum ... venerint; Verr. I, 3. ut tum demum ... provideretis; Catil. III, 4.

denique: ſ. **denique,** II, 2. tum (27 St.) B. II, S. 69, b.

enim: tum enim dixit duo corpora esse rei publicae; Muren. 51. permulti enim tum Metelli ... supplicaverunt; Quir. 6. tum enim tribunus intercedere poterit; prov. cons. 17.

et: quod in illo viro et tum ferendum esset; Vatin. 15.

etiam: ſ. **etiam,** II, 4. etiam tum. tum etiam (B. II, S. 242. I, 740 ff.).

hercule: tum hercule me confitear ... habuisse; Planc. 93.

iam: ſ. **iam,** III. tum (16 St.) B. II, S. 526, a.

igitur: tum igitur ... meministis; Muren. 51. tum igitur maiores nostri populares non fuerunt; dom. 80.

interim: tum interim ... invito despondit ei filiam suam; Cluent. 179.

ita: ita tum Fabricius ... est condemnatus; Cluent. 59.

itaque: itaque tum vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur; Tull. 2. itaque [tum] rem ‖ itaque rem ‖ ... transigit;

Digitized by Google

Cluent. 39. sic statuit; ib. 47. ille ... confugit; ib. 57. Staienus ... condemnatus est; ib. 101. itaque ... tum et ludi ... facti sunt neque res ulla ... praetermissa est; Catil. III, 20.

maxime: quem provincia tum maxime exspectabat; Verr. II, 37.

ne—quidem: ne tum quidem te potuit ... reducere? Verr. II, 98. statuam ... ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt; ib. 159. hominum venustatem ... perspicere potuisti? Flacc. 76. fortunae rotam pertimescebat; Piso 22. emersisti; ib. 27. mittere audebas? ib. 39. sequeris; Phil. II, 74. sed ne tum quidem populus Romanus ad privatum detulit bellum; ib. XI, 18.

primum: ſ. **primus,** C, **c,** II. tum (11 St.) B. III, S. 769, a.

quidem: quae quidem tum mutatio non deprecationis causa est facta; Sest. 27.

quoque: tum quoque ... tribui; prov. cons. 28.

repente: hic tum repente Pacilius quidam ... accedit; Verr. II, 94. tum repente Anconitanum quendam ... adgreditur; Cluent. 40. tum ... repente conticuit; Catil. III, 10. tum consilio repente mutato iter ... petere contendi; Planc. 96.

saltem: saltem tum conticisceret illa lamentatio; sen. 17.

sed: sed tum vituperari posset; Verr. I, 110. sed tum inopes .. eundem necessario cursum tenere coeperunt; ib. V, 89. pacis equidem semper auctor fui, sed tum sero; Ligar. 28. sed tum exspectabantur Kalendae Ianuariae; Phil. V, 31.

sic: sic tum existimabam; Planc. 64.

subito: tum subito tempestates coortae sunt maximae; Verr. I, 46.

vere: ſ. **vero,** VII. tum (40 St.).

verum: verum alia causa tum Staieni fuit; Cluent. 86.

III. **im Gegenſatz:** aliquando: prius decernere, quod aliquando voluissent, quam quod tum cogerentur; Verr. IV, 142. ſ. sin; ib.

cum: ſ. **cum,** II. (B. I, S. 740—742).

hoc tempore: quod, ut hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat; div. Caec. 63.

hodie: tum ... si ... valuisset, hodie hanc gloriam ... teneremus? imp. Pomp. 53.

nullo tempore: sin ... id, quod nullo tempore iure fieri potest, tum ab se iure factum esse defenderent; Caecin. 4.

nunc: contra istum potentia sua tum tantum modo superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem dare; Quinct. 87. quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse; ib. 88. tum ... nimis cupidus videretur; ... nunc ... necesse est ..; Qu. Rosc. 47. si tum haec non cogitabas, ne nunc quidem recordaris ..? Verr. I, 48. quae tabula tum imperio tuo revolsa, nunc a me tamen deportata est; ib. II, 112. tum enim honori tuo, nunc iam religioni suae consulunt; ib. 150. si Carpinatius mihi tum respondere voluit, responde mihi nunc tu, Verres; ib. 190. hanc tu tantam religionem, si tum ... non pertimescebas, ne nunc quidem ... perhorrescis? ib. III, 78. tum enim vitae socia virtus ... fuisset; nunc vero qui dolor est ..! Font. 49. atqui vide ne multo nunc sis impudentior: nam tum quidem omnis mortalis implorare posses; Caecin. 62. quid ergo est causae quod nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tum Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Cluent. 93. eandem tum fuisse ... controversiam cum Staieno, ... quae nunc mihi est cum Accio; ib. 100. quod (scelus) iam tum recens suspiciosum ceteris, ... nunc vero apertum iam omnibus ... videtur; ib. 189. id autem etiam si tum ad te ... non pertinebit, nunc certe pertinet ..; Marcell. 30. reddita est ei tum a maioribus statua, ... nunc ... sola restat; Phil. IX, 5. ſ. **nunc,** III. tum (21 St.) B. III, S. 403.

post: tum ... prohibuerunt, post autem senatus ... censuit; dom. 137.

postea quam: postea quam ... exierunt, tum coeperunt quaerere; Verr. V, 100.

quando: auctoritatem senatus exstare hereditatis aditae sentio, tum, quando ... legatos Tyrum misimus; leg. agr. II, 41.

quondam: cum ... templum ... a Catilinae praevaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur; Piso 23.

semper: hoc non solum sciri tum, verum etiam commemorari semper volebat; Verr. II, 116,

si: si tabulae ... non proferrentur, tum ... possessio daretur; Verr. I, 114. haec tum dicerem, si statuas Metellus non reposuisset; ib. II, 163. ut ... tum impudentior videretur, si negaret; ib. 191. ille vero tum se minime Metellum fore putavit, si te ulla in re imitatus esset; ib. III, 44. dabat iste iudicium, SI PARERET ..., tum uti Xeno damnaretur; ib. 55. quod si quando accidit, tum fit ut ..; ib. 112. immo tum insanisset, si ... licitum esset; ib. 113. sed tum idem fecisse erit existimandus, si eodem consilio fecerit; ib. 214, haec tum queremur, si quid ... agetur; ib. IV, 26. id (simulacrum) si impetrassent, tum ... dicerent; ib. 113. si ignoraret, tum ... constitueres; ib. V, 168. verum si quod erit armorum iudicium, tum ista dicito; Caecin. 61. ut, si revixissent, ... tum ego redirem; sen. 4. si igitur rettulit falsum senatus consultum, tum est rogatio; dom. 50. si mihi ... responderit, tum quaeram; Cael. 19. id si est eius modi ..., tum ... quaerendum esse videtur; Balb. 22. quae mihi tum, si Gaditani contra me dicerent, vere posse dici viderentur; ib. 38. tum enim magistratum non gerebat, ... si patres auctores non erant facti; Planc. 8. tum id audirem, si tibi soli videres; Marcell. 25.

sin: sin autem id actum est, ... tum vero ... subactus .. populus Romanus est; Sex. Rosc. 137. sin autem victoria nobilium ornamento ... populo .. Romano debet esse, tum vero ... nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet; ib. 142. sin aliquando tacent omnes, tum sortitio coguntur dicere; Verr. IV, 142. sin responderit, ... tum sapientiae vocem audire videar; Phil. XIII, 6.

ubi: ut ubi ... firmavero, tum testis ad crimen accommodem; Verr. a. pr. 55.

Imperativ: itinera quae ... imperatores fecerint recordamini, tum facilius statuetis quid ..; imp. Pomp. 38. haec doce, ... tum mirabor; Planc. 45.

IV. **Reihenfolge:** ut ... primum Italici belli ... principia, post Sullani ... temporis ... discrimen, tum hanc ... coniurationem ... praedixerint; har. resp. 18. illos ego praestantissimos viros ... vivere volebam, ... omnem praeterea florem ... iuventutis, tum optimorum civium exercitus; Phil. II, 37. ut ... veteranorum ..., tum legionis Martiae ... consensus ... confirmetur; ib. III, 7. Lento, Nucula; tum deliciae atque amores populi Romani L. Antonius; Phil. XIII, 26. ſ. **deinde,** A, 1, 1, b (B. II, S. 54, a). — II, 1. primum (7 St.) primus; Phil. II, 82. princeps. — 2, a. dom. 45 (B. II, S. 56).

V. **Ellipſen:** hic tum alius ex alia parte; Verr. I, 66. tum ille clare ..; ib. II, 94. quid tu ibi tum? ib. III, 139. tum illi, ubi me conturbatum vident ..; ib. IV, 32. tum iste „quam mihi religionem narras? ib. 85. tum iste, se comperisse ..; ib. V, 161. quid tum Cassius? Sulla 36. tum

Digitized by Google

C. Varenus ... hoc quaeso, iudices, diligenter attendite; Fr. B, II, 8. — quid tum? Quinct. 72. 84. Verr. III, 25. 72. IV, 89. 132. Caecin. 80. Cluent. 148. leg. agr. I, 16. Muren. 26. Flacc. 55. dom. 123. Piso 72. Scaur. 35. Deiot. 21. Phil. I, 26. XIII, 14. quid tum ‖ quid? tu ‖; Qu. Rosc. 39.

B. **wiederholt:** I. **zweimal:** huic tum ‖ tu ‖ molestus esse videlicet noluisti, quem nunc respirare libere non sinis? quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nolebas? Quinct. 39. tum ... possessiones erant incertae, nunc ... fortunae sunt certae; tum erat ager incultus, ... nunc est cultissimus; Qu. Rosc. 33. non solum illud perscribunt, quod tum prohibiti sunt, sed etiam causam ascribunt, cur non tum in litteras relatum sit; Verr. I, 88. verum tamen fuit tum sui dissimilis: ... tamen tum ... perturbatus est; ib. II, 48. tum illa ... Thermitanis sunt reddita; tum alia Gelensibus; ib. IV, 73. sin ... non reddidisset, tum ut in iudicio adessent, tum ut de eius iniuriis iudices docerent, sed maxime de religione quererentur; ib. 113. tum enim nostrae causae spes erat posita in defensione mea, nunc in confessione adversarii; tum in nostris, nunc vero in illorum testibus; Caecin. 3. tum auctoritatem censoriam amplexato; tum ... defendito; Cluent. 124. vos enim tum .. nihil laborabatis neque suspicabamini, ego ... tum ... conatum repressi; Sulla 51. tum, inquam, tum vidi ac ... prospexi; har. resp. 4. quae (serpens) tum hic delitiscit, tum se emergit et fertur illuc; ib. 55. emisti ... tum in illo naufragio huius urbis, ... tum, inquam, emisti ..; prov. cons. 7. tum existimavit ...; tum sibi .. M. Pisonis domum ... legerat; Phil. II, 62. alios ... sententiam .. suam ... tum spe tum timore ‖ tum spectum timore, al. ‖ moderari; ib. XIV, 17.

II. **dreimal:** ubi ... cognovi, tum meum animum in illos, tum mei consilii ... rationem .. proposui, tum eos hortatus sum, ut ..; ib. 140. tum se ispsi expendant, tum cum his [se] comparent, tum ... anteponant; Flacc. 61. tum Catilinae dies exeundi, tum ceteris manendi condicio, tum discriptio ‖ descriptio ‖ ... incendiorum constituta est; Sulla 52. tum res, ... tum conventicula hominum, ... tum domicilia ... saepserunt; Sest. 91. illa ... summa arte aspergi videbatis: tum pecuniam, ... tum luxuriam, ... tum Tusculanum; Balb. 56. dat natalicium in hortis. cui? ... putate tum Thormioni alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni; Phil. II, 15.

III. **viermal:** iste tum petere ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere; Verr. IV, 75. *tum* solent ... opponere; tum ... invident; tum ... in invidiam vocant; tum vociferantur; Caecin. 65.

IV. **fünfmal:** tum istius acta commemorabatur, tum flagitiosa illa convivia; tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim; tum quaerebant ex isto ... quid egisset; tum imperator ... Cleomenes flagitabatur; Verr. V, 94. semper ille antea cum uxore, tum sine ea; numquam nisi in raeda, tum in equo; comites Graeculi, quocumque ibat, ... tum nugarum ... nihil: Milo, qui numquam, tum casu pueros symphoniacos .. ducebat ...; ille, qui semper secum scorta ... duceret, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres; Milo 55.

tumidus, geſchwollen: te, tamquam serpens e latibulis, ... inflato collo, tumidis cervicibus intulisti; Vatin. 4.

tumultuor, lärmen: alqs: qui saepe et sine causa tumultuer; leg. agr. II, 101. quid tumultuaris, soror? Cael. 36.

tumultuose, geräuſchvoll: ut ... hominem ... tumultuosissime adoriantur; Verr. II, 37.

tumultus, Unruhe, Aufſtand, Aufruhr: I. concedit: bellum ac tumultum paci atque otio concessurum; Piso 73.

est: tumultum esse decrevi; Phil. VI, 2. ut tumultus non sit; ib. VIII, 2. tumultus esse sine bello non potest; ib. quid est enim aliud tumultus nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus; ib. 3. ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit; ib. gravius .. tumultum esse quam bellum; ib. tumultum, si belli non sit, pacis esse; ib. 4. §. II, 1. nomino. — ut ... pericula summa nullo tumultu (sedentur); Catil. II, 28.

ohne Verb: num qui tumultus? Deiot. 20.

II. 1. adfero: greges hominum perditorum tumultum ‖ metum ‖ nobis .. adferebant; Sulla 66.

appello: tumultum appellare malebant; Phil. VIII, 2. ego semper illum appellavi hostem, cum alii adversarium; semper hoc bellum, cum alii tumultum; ib. XII, 17.

commoveo: ut nemini minus expediret ullum in Sicilia tumultum ... commoveri; Verr. V, 20.

comparo: §. IV, 2. in; Sulla 57.

concito: qui ... tantos tumultus concitatos videret; Verr. I, 67. nullo tumultu publice concitato; Catil. I, 11.

conflo: conflato ... fugitivorum tumultu; Sulla 15.

decerno: tumultum decerni; Phil. V, 31. ut mihi senatus adsentiens tumultum decerneret; ib. VI, 16.

excito: tumultus Gallici excitandi causa; Catil. III, 4.

inicio: ne tantus tumultus iniectus civitati videretur; Catil. III, 7.

nomino: maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant; Phil. VIII, 3.

2. accommodo ad: homines ... ad ... tumultum accomodati; Verr. I, 63.

comparo ex: illis ... divitiae ex tumultu ... comparari solent; leg. agr. II, 102.

emo ad: gladiatores emptos esse ... ad caedem ac tumultum; Sulla 54.

sum sine: §. I. est; Phil. VIII, 3.

III. causa: cum ipse causam illius tumultus ... confingere audeat; Verr. I, 71. quae causa illius tumultus fuerit; ib. 80. causam tanti tumultus ostendis; ib.

insigne: quia pacis est insigne ... toga, contra autem arma tumultus atque belli; Piso 73.

metus: nullo armorum ac tumultus metu; Quir. 7.

nomen: §. I. est; Phil. VIII, 3.

ratio: habita (ratio) tumultus; Verr. V, 94.

suspicio: simul atque increpuit suspicio tumultus; Muren. 22.

IV, 1. Ablativ: hoc tumultu proximo ... eam partem ... defendit; Sex. Rosc. 16. quod bello vacationes valent, tumultu non valent; Phil. VIII, 3.

2. extra: vacationem militiae ... esse placere extra tumultum Gallicum Italicumque; Phil. V, 53.

in: scuta si quando conquiruntur a privatis in bello ac tumultu; Verr. IV, 52. ut ... hunc ... in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret; Sulla 57. in illo tumultu fracti fasces; Piso 28.

sine: ut urbi ... sine ullo tumultu satis esset praesidii; Catil. II, 26. sine tumultu ... interitu rem publicam liberavi; Sulla 33.

Digitized by Google

tumulus, Erdhaufen, Grabhügel: I. contegit, obruit: idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset; Arch. 24.

Vocativ: vos enim iam, Albani tumuli, ... imploro; Milo 85.

II, 1. respondeo: iam vero urbes coloniarum ... respondebunt Catilinae tumulis silvestribus; Catil. II, 24.

2. adsisto ad: cum ... ad Achillis tumulum astitisset; Arch. 24.

tollo e: ignis e specula sublatus aut tumulo; Verr. V, 93.

tunc, dann, damals: I. appello: tunc appellat ultro Naevium; Quinct. 20.

rem: eam quoque rem populus Romanus ... vidit; imp. Pomp. 61. atque hanc rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit; dom. 70. ut omni errore sublato rem plane ... videre possitis; Milo 7. rem potius videamus; ib. VIII, 4.

responsa: haruspicum reliqua responsa videamus; har. resp. 34.

reum: quem (reum) fortasse numquam viderat; Cluent. 131.

repugnantiam: quia tantam rerum repugnantiam non vides || sed quia ... non videas ||; Phil. II, 19.

rogatores: ſ. custodem.

rosam: cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur; Verr. V, 27.

sacra: quis .. ante te sacra illa vir sciens viderat? har. resp. 38.

sapientiam: videte nunc maiorum sapientiam; Verr. III 14.

scelera: ſ. monstrum; Sest. 53. — sectorem: ſ. filium. — sedulitatem: ſ. integritatem.

senatores: quosdam etiam senatores ... cum † maeciapella saepe videmus || videre ||; Rab. Post. 26.

servum: praetoris in eo loco servos esse visos; Verr. IV, 100. servus meus non comparet, qui visus est cum tuis; Tull. 54. si apud Caelium mulieris servus visus esset; Cael. 61.

HS: illa tamen HS sescenta milia ... neque Carbo attigit neque Sulla vidit; Verr. I, 36.

sicarium: ſ. filium.

signum: quae (signa) apud te nuper ... vidimus; Verr. I, 51. quod (signum) in Capitolio vidimus; ib. IV, 129. quod (signum) M. Marcellus armatus et victor viderat; ib. 130. quod (signum) videtis; Catil. III, 20. maximum video signum cuiusdam egregiae familiaritatis; Cael. 31.

similitudinem: ut duorum Epicureorum similitudinem in re militari imperioque videatis; Piso 92.

simulacrum: qui accessistis Hennam, vidistis simulacrum Cereris e marmore et in altero templo Liberne; Verr. IV, 109.

socerum: ut socerum videre consolarique posset fluctibus rei publicae expulsum; Sest. 7.

societatem: cuius videtis luctus societatem; Planc. 29.

solem: quin aliquo tempore eius diei solem homines viderint; Verr. V, 26.

sordes: pro eodem [me] absente unius squalorem sordesque vidistis; Quir. 8.

spectaculum: potius quam hoc spectaculum viderem; Milo 103.

splendorem: ſ. alqm; Ligar. 33. custodem.

spolia: ſ. iudicia.

squalorem: ſ. lacrimas; Ligar. 32. sordes.

statuam: in qua (curia) inauratam C. Verris statuam viderem; ib. IV, 138. L. vero Scipionis ... non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis ... statuam videtis; Rab. Post. 27. de statua quis queritur, una praesertim, cum tam multas videat? Deiot. 34. in foro L. Antonii statuam videmus; Phil. VI, 13. Cn. Octavii ... statuam videmus in rostris; ib. IX, 4.

studium: hospitibus, quorum studia videtis, reddite; Cluent. 202. ſ. animum. officia; sen. 20.

stultitiam: stutitiam incredibilem videte; Phil. II, 8.

superbiam: ſ. contumaciam.

tabulam: vindicis || vindicem || enim novarum tabularum novam tabulam videmus; Phil. XI, 14.

tela: tela non video; Rabir. 35.

Tenem: quem (Tenem) quondam in comitio vidistis; Verr. I, 49.

terram: quo tandem me animo esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem in hunc, cui ..? Muren. 4.

triumphos: unde his paucis annis ... iustissimos triumphos vidimus; Piso 44.

ventos: alios ego vidi ventos; Piso 21.

verum: verum, opinor, viderimus, cum (testes) dixerint; Quinct. 75.

vestigia: cum in lecto decumanae mulieris vestigia viderent; Verr. III, 79.

victorias: multas ... clarissimas victorias aetas nostra vidit; Milo 77.

vim: videte vim legis agrariae; leg. agr. II, 68.

virum: cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis;

Digitized by Google

Catil. I, 26. quos (viros) vides; Vatin. 10. ſ. iuvenes.

virtutem: videtis hominis virtutem et diligentiam; Verr. IV, 73. huius (virtus) visa atque perspecta || huius experta atque perspecta || obtrectatorum voce laedetur? Balb. 16.

umbram: ſ. imaginem; Rab. Post. 41.

voltum: voltum Considii videre ferundum vix erat; leg. agr. II, 93. nec mihi longius quicquam est, .. quam videre hominum voltus; Rab. Post. 35.

voluntatem: ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent; Sest. 124.

IV. **mit Object und prädicativem Zuſatz: 1. part. praes.:** videre ... iactantem se ... T. Roscium; Sex. Rosc. 24. non illum miserum ... redeuntem a cena videtis? ib. 98. non crederem hoc de statuis, nisi iacentis revolsasque vidissem; Verr. II, 158. ut eum nemo umquam in equo sedentem viderit; ib. V, 27. hora undecima cum (puer) valens in publico visus esset; Cluent. 27. eorum .. castrorum imperatorem ducemque hostium ... videmus ... perniciem rei publicae molientem; Catil. I, 5. videor .. mihi videre hanc urbem ... concidentem; ib. IV, 11. ut eam imaginem clarissimi viri, parentis sui, ... eandem deformatam .. lugentemque videat; Muren. 88. ut Gallia Transalpina eundem lugentem, maerentem, exsulem videat; ib. 89. Septimium ardentem iracundia videre potuistis; Flacc. 88. postea vero quis P. Sullam nisi maerentem, demissum adflictumque vidit? Sulla 74. quem (filium) ... nemo nisi lacrimantem confectumque vidit; dom. 59. vidi .. hesterno die quendam murmurantem; har. resp. 17. ne quis meorum ... possit .. te sacra illa tua facientem videre; ib. 33. ut vos ... me primum ictum pro vobis et fumantem videretis; ib. 45. quibus istum videtis, Gelliis, Clodiis, Titiis rostra ipsa mandentem; ib. 59. quem cum iacentem et concisum ... exsanguem et confectum viderent; Sest. 79. tribunum plebis plus viginti volneribus acceptis iacentem moribundumque vidistis; ib. 85. video hunc praetextatum eius filium oculis lacrimantibus me intuentem; ib. 144. de quibus duos praetextatos sendentis vides; Vatin. 16. aliquot .. in causis eum videram frustra litigantem; Cael. 27. te ... non longe a porta cum lictoribus errantem visum esse; Piso 54. nec minus libenter metuentem videbo ne reus fias quam reum; ib. 99. quibuscum me ... pugnantem ... non videbitis; Planc. 56. cum videam navem secundis ventis cursum tenentem suum; ib. 94. quos undique intuentis ... et huius exitum iudicii exspectantis videtis; Milo 3. videte nunc illum, primum egredientem e villa; ib. 54. quotiens ego eum ... vidi ... extimescentem; Marcell. 16. Deiotarum saltantem quisquam aut ebrium vidit umquam? Deiot. 26. modo Caesarem regnantem videramus; Phil. II, 108. quem cum videretis re magis morbum quam oratione excusantem; ib. IX, 8. eundem vidi postea Veliae, cedentem Italia; ib. X, 6. ne videret unius corporis duas acies lanista Cicerone dimicantis; ib. XIII, 40. qui (sol) ... cum paucis fugientem vidit Antonium; ib. XIV, 27. videbar mihi videre alios intrantis, alios autem exeuntis; Fr. B, IX, 1. ſ. II, 5. b. sen. 7.

2. **Adjectiv:** intimi multa apertiora videant necesse est; Sex. Rosc. 116. quos (homines) ipse vidit amplissimos; div. Caec. 25. videt undique tectum pulcherrime laqueatum, Verr. I, 133. numquam vos praetorem tam palaestricum vidistis; ib. II, 54. videtis litteras primas integras; ib. 191. quos ego campos antea collisque nitidissimos viridissimosque vidissem; ib. III, 47. mittit rogatum vasa ea, quae pulcherrima apud eum viderat; ib. IV, 63. quorum aedilitates ornatissimas vidimus; ib. 133. eum cum illa auctoritate *hominem* miseria videres praeditum; ib. V, 108. forum plenum et basilicas istorum hominum videmus et animo aequo videmus; ib. 152. hunc audiebant antea, nunc praesentem vident tanta temperantia; imp. Pomp. 13. quos ... omni dedecore infamis videbant; Cluent. 130. quos praesentis videtis; ib. 195. si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem; Catil. I, 17. quos pexo capillo nitidos, aut imberbis aut bene barbatos videtis; ib. II, 22. quod (municipium) in hac tota causa || causa tota || frequens maestumque vidistis; Muren. 90. quod paulo ante in eadem provincia familiarem Laelium Flacco viderant; Flacc. 14. illam viam *si* sibi vident expeditiorem ad honores et ad omnia, quae concupiverunt; ib. 104. mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis; sen. 6. quem praeterions cum incultum, horridum, maestumque vidisses; ib. 13. videbam vivo senatu ... celerem mihi summa cum dignitate reditum; dom. 64. quia tristem (eum) semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant; Sest. 21. hunc Cn. Pompeius cum in suis castris supplicem abiectum vidisset; ib. 58. video P. Sestium ... reum; ib. 144. video Milonem ... sordidatum et reum; ib. neque hic umquam puer ... me ipsum incolumem videbit; ib. 146. quos meo nomine sordidatos videtis; ib. neque eae nationes ... hunc exsulem propter me sine me videbunt; ib. quem tu dirumperis cum aedilicium vides; Vatin. 16. quem provinciae nostrae, quem liberi populi ... castiorem, moderatiorem, sanctiorem non modo viderunt, sed ... cogitaverunt? Balb. 9. quis te ... sobrium, ... quis denique in publico vidit? Piso 22. quem Italia servata ab illo demersum ..., Africa devicta ab eodem expulsum et naufragum vidit; ib. 43. nec minus laetabor, cum te semper sordidum quam si paulisper sordidatum viderem; ib. 99. qui me ipsi maxime salvum videre voluerunt; Planc. 2. quam quidem nunc multitudinem videtis .. in squalore et luctu supplicem vobis; ib, 21. feci, ut postea cotidie praesentem me viderent; ib. 66. cernitis crudelitate mixtas libidines, videtis immanis; Scaur. 13. *cui neminem vidimus parem consilio;* ib. 19. si voltum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis; Milo 92. gladium vagina vacuum in urbe non vidimus; Marcell. 17. quorum iustissimum videas dolorem in petendo; Ligar. 31. qui ... cum frequentis hic videt nos; Phil. III, 32. quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant; ib. IV, 11. omnia videbitis ... plena odiorum, plena discordiarum; ib. VII, 25. hic etiam fautores Antonii ... tristiores videbam; ib. XII, 2. quam (familiam) vidit amplissimam; ib. XIII, 12. apertam curiam vidit post Caesaris mortem ... ib. 28. qui me post meum consulatum ... principem non inviti videbant; ib. XIV, 17. ut spectaculum illud ... re et tempore salubre ac necessarium, genere et exemplo miserum ac funestum videremus; Fr. B. VI, 20. ſ. 1. Muren. 89. Sest. 79. 85. Deiot. 26. — vgl. II, 5, b. Balb. 60. III. alqd; Phil. XIII, 34.

3. **Substantiv:** equites Romanos, homines honestissimos laudatores videtis; Cluent. 197. vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemum; Flacc. 53. cum adulescentem filium videret eiusdem socium calamitatis; Quir. 20. ne videret victorem vivus inimicum; Sest. 48. me .. socium suorum in re publica consiliorum videre posset;

Digitized by Google

ib. 63. quem vos per biennium aut ministrum seditionis aut ducem vidistis; Cael. 78. Gabinium .. si vidissent II virum vestri illi unguentarii; Piso 25. cum ... Cn. Saturnini patrem aedilem, cum praetorem viderunt; Planc. 19. ubi vidit homo ... fortissimum virum ... certissimum consulem; Milo 25. te amicum et placatum Deiotari regis arae focique viderunt; Deiot. 8. quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus; ib. 31. quem nos ... non modo non tyrannum, sed clementissimum in victoria ducem vidimus; ib. 34. quod te consulem non vidit; Phil. II, 12. ut eum tribunum plebis videremus, quem civem numquam videramus; ib. XIII, 27.

4. **ablat. qualit.:** cum viderent ea facilitate praetorem, ut ..; Verr. V, 14. hoc istum vestitu Siculi ... saepe viderant ‖ viderunt ‖; ib. 86. quod ... et senatum et omnis bonos meae salutis causa mutata veste vidi; dom. 99. quem .. umquam virum tam immortali virtute vidimus? Sest. 86. is cum istum adulescentem iam tum hac dis irata fronte vidisset; Piso 68. quos (viros) videtis veste mutata; Planc. 29. ſ. 2. imp. Pomp. 13. — III. alqm; Quir. 9.

videor, ſcheinen, erſcheinen, glauben, gelten, belieben: I. **abſolut:** 1. **unperſönlich:** „nunc hoc velim cures, si tibi videtur;“ Quinct. 19. quoniam ita Chrysogono videtur; Sex. Rosc. 49. locum sibi soli, si videatur, relinquat; Verr. I, 65. ut sibi videatur ‖ videbatur ‖, satis grandem pecuniam ... esse; ib. 140. ut, si sibi ‖ ne sibi, si ei ‖ videatur, utatur instituto suo; ib. II, 41. quam (tabellam) iste non modo cera, verum etiam sanguine, si visum erit, notabit; ib. 79. placere statui, si patribus conscriptis videretur, ne absentes homines ... rei fierent; ib. 95. ut quererer, si mihi videretur; ib. 164. legem .. his rebus quam ipsis videretur dicerent; ib. III, 18. tum mittit, si videatur, ut reddat; ib. IV, 66. ut, si nobis videretur, adiremus ad eorum senatum; ib. 137. qui .. auctoritate, ... ut mihi visum est, ... antecedebat; ib. 138. post, si videbitur, ex ipsorum litteris testibusque quaeremus; ib. V, 43. quos, ut mihi videtur, ... fortuna ... reservavit; ib. 121. tum, si ita tibi videretur, hoc iuris in omnis constitueres; ib. 168. responde, si tibi videtur; Caecin. 48. non commemorabo nuper ita vobis patribusque vestris esse visum; imp. Pomp. 60. nam x viris, quibus in locis ipsis videatur, vendendi potestas lege permittitur; leg. agr. I. 7. excipit Pompeium, simillime, ut mihi videtur, atque [ut] illa lege; ib. 13. ut vendant quibuscumque in locis videatur; ib. II, 55. ET IN QUAE LOCA PRAETERREA VIDEBITUR; ib. 74. ut quibuscumque in locis vobis videretur ac quam multis videretur colonias conlocaretis; ib. 99. nunc, si videtur eis, ‖ si videtur, ‖ in meam contionem prodeant; ib. III, 1. ut C. Marius L. Valerius consules adhiberent tribunos plebis et praetores quos eis videretur; Rabir. 20. doctrina, ... ut mihi videtur, paulo asperior; Muren. 60. et, si vobis videtur, ... monete eum modum quendam esse religionis; dom. 105. mox, si videbitur, ... disputabo; Piso 38. desinamus aliquando, si videtur, ... contendere; Planc. 47. cum erant appellati, si videbatur, statim contra dicere solebant; Rab. Post. 18. uti C. Pansa A. Hirtius, ... si eis videretur, ... referrent, ita uti e re publica fideque sua videretur; Phil. III, 39. exclusit illum, ... ut mihi videtur, fortuna quaedam rei publicae; ib. V, 29. uti .. C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, cognoscerent; ib. 53. uti .. C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, rationem agri habeant ‖ haberent ‖; ib. uti C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videbitur, ... ad senatum referant; ib. VIII, 33. utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videatur, quaestoribus urbis imperent; ib. IX, 16. uti .. locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu quo in loco videbitur, pedes XXX quoquo versus adsignet; ib. 17. pecunias .. a quibus videatur ad rem militarem mutuas sumat; ib. X, 26. eius belli gerendi causa, quibus ei videatur, ... ut imperandi ... ius potestatemque habeat; ib. XI, 30. utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, ... ad hunc ordinem primo quoque tempore referant; ib. 31. ita enim videtur Antonio; ib. XIII, 36. ut C. Pansa A. Hirtius consules, .. alter ambove, si eis videatur, eis .. monumentum ... faciendum .. curent; ib. XIV, 38.

2. **perſönlich:** alqs: iniuria postulabas; ita videbare; Quinct. 63. subridet Saturius, veterator, ut sibi videtur; Qu. Rosc. 22. erit tamen in aratores lenior quam videtur; Verr. III, 34. Heraclides, ... homo ineptus et loquax, sed, ut sibi videtur, ita doctus, ut ..; Flacc. 42. Caesar Alexandrea se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur; Phil. II, 64. aspicis me et quidem, ut videris, iratus; ib. 76.

alqd: quod sibi videretur; Quinct. 23. quid est quod hac tandem de re vobis possit videri? ib. 54. mulieri reddidit quantulum visum est; div. Cac. 57. idem .. hoc amicis eius et defensoribus videbatur; Verr. II, 70. homini quae visa sunt ... respondent; ib. 73. ait ille idem sibi videri; ib. IV, 32. olei, vini quod visum est (mittit); ib. 62. ut ipse in eum statueret quod videretur; ib. V, 160. imperaverunt pro dignitate sua quod visum est et probaverunt; Font. 18. ego quid mihi videretur ... ostendi; Caecin. 81. cum ego quae mihi videbantur dicerem; Cluent. 144. iudicem, quod ei videatur, statuere et non devinctum legibus esse oportere; ib. 160. licebit .. quod videbitur publicum iudicare; leg. agr. I, 9. tum denique emeret e quibus vellet quod videretur; ib. II, 64. sed de tota re dicerem, quod mihi videretur; Muren. 47. non idem aliis videtur; Balb. 61. qui pro re publica quae ipsis visa erunt dixerint; Phil. I, 27. quod idem intellegebam per hos dies uni cuique vestrum videri; ib. V, 1. facilius contra dicerem, si quid videretur; ib. 5

iudices: electi, qui (iudices) Verri viderentur; Verr. II, 38.

occasio: simul ac primum ei occasio visa est; Verr. I. 34.

II. **mit Infinitiv und Nominativ mit dem Infinitiv:** abesse: quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? Sex. Rosc. 30. non enim ius abesse videbatur a foro neque iudicia, sed vis et crudelitas; Verr. V, 31.

abhorrere: ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur; Cluent. 167.

abicere: ut ea ... satietate abiecisse, experiendo contempsisse videatur; Cael. 42.

abripere: ut Verres alter Orcus venisse Hennam et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur; Verr. IV, 111.

absterrere: ut iam videamur non a pecuniis capiendis homines absterrere ‖ abstinere ‖, sed ... honesta nomina turpissimis rebus imponere; Verr. II, 142.

accedere: ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem ... videantur accedere; Verr. II, 7. satisne vobis .. videor ad singulos testis accedere? Flacc. 50.

accidere: nihil ut umquam videretur tam populare ... accidisse; Sest. 107.

Digitized by Google

adesse: quae meherhule omnia ... adesse atque impendere videntur neque vitari ullo modo posse; Quinct. 47.

adfari: qui locus est ... tam inhumanus qui illos ... non adfari atque appetere videatur? Phil. II, 33.

adferre: ut sociis causam dandi adferre videamur; Verr. II, 143. non ut ab illis huc adlata, sed ut ceteris hinc tradita esse videantur; ib. V, 187. videor ... opinionis aliquid ... adferre; Sulla 10. ut iam videatur honoris amplissimi nomen plus invidiae quam dignitatis adferre; ib. 81.

adficere: ut detrimentis accipiendis maiore adfici turpitudine videremur; imp. Pomp. 67.

adfingere: ut neque vera laus ei detracta oratione mea neque falsa adficta esse videatur; imp. Pomp. 10.

adfligere: ne aut senectutem ... contempsisse aut adulescentiam ... non modo non aluisse vos, sed etiam perculisse atque adflixisse videamini; Crel. 80.

adipisci: immortalitatem quandam per vos esse adepti videmur; sen. 3.

adire: numquam tamen .. tantum periculum mihi adire visus sum; Verr. a. pr. 3.

adiuvare: qui adiuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Sulla 3.

admonere: ne non tam prohibere quam admonere videretur; Sex. Rosc. 70. non tam prohibere videretur quam admonere; Tull. 9. cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere; dom. 127.

adnuere: hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; Verr. III, 213.

adrogare: non vereor ne mihi aliquid .. videar adrogare; Planc. 64.

adsequi: mihi videris, Eruci, ... duas res adsequi velle; Sex. Rosc. 80. videmurne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam .. laudem adsequi? Planc. 89.

aedificare: cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse videatur; Sulla 70.

agere: tum causa agi vere videretur; Verr. I, 29. ut videatur tamen res agi et non eripi pupillo; ib. 146. ne omnia cum dolore agere videamur; ib. II, 52. utrum id solum videtur esse actum ..? ib. 67. res agi videretur; ib. III, 31. nonne vobis id egisse videtur, ut ..? ib. IV, 47. cum .. id ei ... neglegentius agi videretur; Cluent. 74. quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse; Sest. 122. cum ... urbes Italiae festos dies agere adventus mei videbantur; ib. 131. qui ... nihil aliud agere videtur nisi ut ..; Phil. XI, 11. ſ. obtinere.

agnoscere: ut agnoscere videamini qui haec fecerint; imp. Pomp. 37.

alere: ſ. adfligere.

amplecti: quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei; Catil. IV, 3. quia nimis amplecti plebem videbatur; Milo 72.

appetere: ſ. adfari.

apponere: ne ... praevaricatorem mihi apposuisse videar; Phil. II, 25.

appropinquare: quod (tempus) mihi quidem magis videtur quam tu umquam arbitratus es appropinquare; Piso 94.

arguere: ne arguere illum rei capitalis viderer; Caecin. 25.

ascendere: quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse; dom. 75. cuius (gloriae) gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97.

asportare: ſ. abripere.

attribuere: ne aut irato facultas ad dicendum data aut cupido auctoritas attributa esse videatur; Font. 22.

audire: postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; dom. 121. pueris nobis audisse videor L. Aelium ‖ Laelium ‖ ... nomen Q. Muttonis ... detulisse; Scaur. 23. non ut audire ea ..., sed ut cernere et paene tangere viderentur; ib. 26. sapientiae vocem audire videar; Phil. XIII, 6.

augere: ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini; Quir. 6.

cadere: ut tamquam fortis in pugna vir ... cadere videatur; har. resp. 40. in quo aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur; Sest. 118. nihil est quod in eius modi mulierem non cadere videatur; Cael. 69.

calere: postea quam satis calere res Rubrio visa est; Verr. I, 66.

calumniari: aperte ludificari et calumniari sciens non videatur (videtur); Sex. Rosc. 55.

canere: ut haec ... canere di immortales viderentur; Catil. III, 18.

capere: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur; Phil. II, 91.

cernere: nonne vobis haec, quae audistis, cernere oculis videmini, iudices? Sex. Rosc. 98. ut ea cernere oculis videamini; Cluent. 66. in qua Bruti imago cerni videbatur; Phil. X, 8. ſ. audire; Scaur. 26.

certare: ut ars certare videretur cum copia Verr. IV, 65.

circumscribere: *iam saepius homines videbantur* se clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia et Asia; Tull. 15.

clamitare: nonne ipsum caput et supercilia illa ... olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? Qu. Rosa. 20.

coarguere: satisne vobis coarguere ... dissolutam Graecorum consuetudinem ... videmur? Flacc. 20.

cogere: res ipsa et periculi magnitudo ... cogere videtur; Quinct. 91.

cogitare: ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur; Cael. 16. ne ... videar id cogitasse; Milo 47.

cognoscere: satis commode mihi videor eorum consuetudinem ... cognosse; Verr. II, 181.

colere: diligenter observari videmur et coli; Muren. 70.

commemorare: ne haec a me sine causa commemorata esse videantur; Verr. IV, 120.

commendare: quod quasi deorum aliquo dono ... commendati nobis esse videantur; Arch. 18.

committere: nolo in hoc .. consilio tantum flagitii esse commissum videri; Verr. V, 173. ut ... domicilia vestrae sapientiae ... commissa creditaque esse videantur; dom. 1.

commodare: ut haec a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur; Marcell. 19.

commovere: eos pertimuisse et eorum minis et terrore commoti esse videremini; Font. 34. hic mihi parumper mentis vestras ... commovere videor; leg. agr. II, 49. ne aut refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer aut aliquid ... commovere; ib. III, 4. si commoveri omnia videbantur; Sest. 64. religiones ... ipsae ... commosse se videntur et ius in illo suum retinuisse; Milo 85. commoveri videtur adulescens; Ligar. 9.

comparare: nimium multa comparare videretur; Verr. IV, 58.

complecti: quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur; Sex. Rosc. 37.

Digitized by Google

comprobare: homini credidisse, non factum comprobasse videremini; Verr. III, 224.

concedere: ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur; Verr. II, 108. quod videtur concedendum magistratibus nostris esse; ib. III, 190. prope ut concedendum atque ignoscendum esse videatur; ib. IV, 126. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. ut ista ... crudelitas nemini concessa esse videatur; ib. 150.

condemnare: ne condemnare causam illam ... videretur; Ligar. 27.

conferre: ut mihi quidem videantur di immortales ... contulisse; Marcell. 18.

confidere: quarum altera (pars) mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia; Cluent. 1.

confirmare: postea quam iste recreari et confirmari visus est; Verr. V, 178. quo sublato non solum pars aliqua iuris deminuta, sed etiam vis ea ... iudicio confirmata esse videatur; Caecin. 5.

confiteri: qui tum ... tacendo loqui non infitiando confiteri videbantur; Sest. 40. parumne videtur ... cum Dolabella societatem initam confiteri? Phil. XIII, 36.

coniungere: ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Flavii Flacci ... coniuncta esse videatur; dom. 102.

coniurare: an tibi Pompeiani coniurasse videntur? Sulla 60.

conlaudare: ut proprio senatus consulto Pompeius conlaudatus esse videatur; Phil. XIII, 50.

conligere: ut crimina conlecta in unum reum [te] esse videantur; Verr. II, 147. iam dudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta conligere videor; ib. 157. ut is ... reliquos aratores conlegisse et recreasse videatur; ib. III, 124.

conlocare: ut haec ipsa aedilitas ... recte conlocata et ... in loco esse posita videatur; Verr. V, 37.

conservare: ut a me ... amicitiarum ratio conservata esse videatur; Cluent. 117. ut huius ... vita ad luctum conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur; ib. 201. ut (pecunia) conservata magis quam correpta esse videatur; Balb. 53.

conspirare: ut omnes ... conspirasse videantur; Phil. III, 13.

constare: non ... ex fraude, fallaciis ... constare totus videtur? Qu. Rosc. 20.

constituere: quae (Verria) ... natura .. tua constituta esse videantur; Verr. II, 52. ut non alteros demovisse, sed utrosque constituisse videatur; Sulla 62. quod ... T. Annio devota et constituta ista hostia esse videtur; har. resp. 6. fortunae constitui tenuiorum videbantur; Sest. 103. non gravior L. Cornelio ... constitui lex vitae et condicio videretur; Balb. 18. Metellus ... sanctissimos deos ... constituisse ... videtur in vestro conspectu; Scaur. 46.

constringere: religione videri potius quam veritate fidem esse constrictam || vinctam ||; Balb. 12.

consulere: non tam sibi consuluisse quam invidisse vestrae laudi videretur; Verr. I, 4.

consumere: ut eam pecuniam ... non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur, Flacc. 91.

contemnere: quid, illa, Caecili, contemnenda ne tibi videntur esse? div. Caec. 35. contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur; Verr. II, 89. quae forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur; ib. IV, 132. ne forte *ea* vobis || a vobis, vobis || ... contemnenda esse videantur; imp. Pomp. 20. ne contemnere suos videatur; Piso 67. ne ... vim fortunae stultitia contempsisse videamur; Phil. XIV, 5. ſ. abicere. affigere.

continere: in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur; Verr. IV, 60. ut eius oratio non defensionem modo videretur criminum continere; Sest. 14. ita mihi (civitas) maxime communione beneficiorum ... contineri || communionem ... continere || videtur; Balb. 29.

conturbare: nescio quid conturbatus esse videris; Phil. II, 36.

convellere: ne acta Dolabellae videar convellere; Phil. II, 83.

convenire: cum multae causae convenisse unum in locum ... videntur; Sex. Rosc. 62. quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire; Verr. I, 128. forsitan vix convenire videretur; ib. II, 159. *cum ei centuria Populiana videretur satis commode* posita esse et ad fundum eius convenire; Tull. 16. mihi .. videtur .. hic introitus defensionis adulescentiae M. Caelii maxime convenire; Cael. 3.

corrigere: ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare; Muren. 60.

corripere: ſ. conservare; Balb. 56.

corrumpere: STHENIUM LITTERAS PUBLICAS CORRUPISSE VIDERI; Verr. II, 93.

credere: ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini; Font. 49. ſ. committere; dom. 1. comprobare.

cupere: ne id, quod non curas, cupere videare; Phil. XI, 23.

damnare: ut ei ... sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur; Catil. IV, 5.

dare: ne quod .. scutum dare in iudicio viderentur eis; Tull. 43. quantum mihi beneficium dedisse videmini! sen. 9. ut ... invidiae materiem dedisse videamur; Phil. XI, 21. ſ. attribuere. consumere.

debere: videor enim mihi iam liberius apud vos loqui debere; Verr. II, 11. iam enim mihi videor hoc ... debere dicere; Font. 37. quam longe videtur a carcere ... abesse debere, qui ..? Catil. I, 19. mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere; Sulla 36. videbatur omnino mori non debuisse; Arch. 17. nonne vobis videor ... debere ... excidere? prov. cons. 43. ac mihi quidem hoc dignum re publica videtur, hoc deberi ... gloriae, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causae; Balb. 5.

decere: etsi minime decere videtur; Phil. XII, 1.

decernere: de re publica quoad rettulistis satis decrevisse videor; Phil. V, 34.

declamare: quae mihi iste visus est ex alia oratione declamare; Sex. Rosc. 82.

declarare: locus ut ipse raptum illum virginis ... declarare videatur; Verr. IV, 107. perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

deesse: ut iudicium potius rei publicae quam ... accusator reo defuisse videatur; Verr. a. pr. 3. vos ne populo Romano deesse videamini providete; Catil. IV, 18. quid .. erat mali quod huic ... deesse videretur? Sulla 91. ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur; Sest. 3.

defendere: neque ... mihi isti Verrem defendere videntur; Verr. II, 27. *ut non* minus diligenter illius existimationem, quam rem M. Tullii viderer defendere; Tull. 3. cum Scamandrum nos defendere videremur; Cluent. 54. ut ... interdum non defendere, sed praevaricari [accusationi] videretur; ib. 58. num tibi ita defendisse videor, ut ..? ib. 143. ne non tam innocentia reus sua quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur; Planc. 4. ſ. adiuvare.

deicere: is, qui armis proterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? Caecin. 31.

Digitized by Google

demigrare: quae (montes) mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem ... demigrasse; Rabir. 30.

deminuere: ſ. confirmare; Caecin. 5.

demonstrare: quae (statuae) hoc demonstrare videantur ‖ videntur ‖; Verr. II, 154.

denegare: videbor suffragio meo ... honorem homini amicissimo denegavisse; Phil. XI, 19.

denuntiare: ut oculis et aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et minitari rei publicae videretur; leg. agr. II, 13.

deposcere: qui autem me deposcere videbantur; sen. 33.

depromere: nonne vobis verba domo patroni depromere videtur? Verr. III, 155.

deserere: ſ. adiuvare.

desiderare: ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur; Verr. III, 47.

desperare: ut honorem desperasse (candidatus) videatur; Muren. 43.

deterrere: ſ. admonere; dom. 127.

detrahere: mihi ... de illius .. dignitate detrahere ... videbatur; har. resp. 50. ſ. adfingere. augere.

devovere: ſ constituere; har. resp. 6.

dicere: cum hominem nomino, satis mihi videor dicere; Quinct. 40. satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur ..? Qu. Rosc. 38. metuo ne quid adrogantius apud talis viros videar dicere; Verr. I, 10. pauca mihi videntur esse ... dicenda; ib. II, 2. quamquam haec perditissima defensio est, tamen aliquid dici videretur; ib. 101. magnum videor dicere; ib. IV, 2. mihi videor iam de omnibus rebus eius gestis dixisse; ib. V, 25. qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur; Font. 27. primum mihi videtur de genere belli, ... deinde ... esse dicendum; imp. Pomp. 6. ut de imperatore ad id bellum deligendo ... dicendum esse videatur; ib. 27. ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur; ib. 59. quibus de rebus mihi ... pro vestra prudentia satis dixisse videor; Cluent. 160. equidem mihi iam satis superque dixisse videor; Flacc. 66. de hoc igitur loco sacro potissimum videntur haruspices dicere; har. resp. 14. si ... de me ipso plura dicere videbor; Sest. 31. utrum ... mulier finxisse crimen an gravis ... vir ... testimonium dixisse videatur; Cael. 55. quod mihi de iure subtilius dici videretur; Balb. 2. ne quid adrogantius videar dicere; Phil. XII, 21.

differre: ut distare aliquid aut ex aliqua parte differre videatur; Caecin. 39. quod etiam si verbo differre videbitur; ib. 59.

diffidere: ne ingeniis vestris videar diffidere; Sex. Rosc. 82.

diligere: ut haec insula ab ea non solum diligi, sed etiam incoli .. videatur; Verr. IV, 107. non multi mihi ab uno sic diligi videntur ut hic ab his ‖ ab iis ‖ universis; Cluent. 198.

discedere: si in causa pari discedere inferior videretur; Quinct. 59. quam longe videar ab consuetudine mea ... discedere; Font. 12.

discere: ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur; har. resp. 19.

disputare: non vobis videtur cum aliquo declamatore ... disputare? Planc. 83.

dissolvere: severissimum iudicium ... per vos videri esse dissolutum; Tull. 36.

distare: ſ. differre; Caecin. 39.

docere: qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse; Sest. 86. ſ. discere.

donare: ſ. commodare. nasci; har. resp. 6.

dubitare: ne forte ... dubitasse quisquam ... videretur; Balb. 11. ne de vestra sapientia ... dubitare videar; ib. 19.

edicere: ne sine causa videretur edixisse; Phil. III, 24.

effervescere: si cui nimium efferbuisse videtur huius ... ferocitas; Cael. 77.

efficere: quidnam ... effectura (vox) esse videatur; Sest. 10.

efflagitare: ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur; leg. agr. II, 3.

effugere: ſ. adsequi; Planc. 89.

emendare: ut tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda, sed etiam † emendanda ‖ invitanda ‖ fuisse videatur; dom. 76.

emergere: quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praetervecta videtur oratio mea; Cael. 51.

emittere: ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur; Catil. I, 27.

erigere: ut erigere oculos et vivere videretur; Sest. 68.

eripere: nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse? Sex. Rosc. 71. ut ... eripere potius quam fallere videretur; Verr. II, 134. ſ. agere; Verr. I, 146. opprimere.

esse: quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere; Quinct. 5. mihi videri ore durissimo esse, qui ..; ib. 77. ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur; ib. 78. nunc omnibus [inimicis] necesse est castissimus et constantissimus esse videatur; Qu. Rosc. 47. quod haec, quae videtur esse accusatio mea, non potius accusatio quam defensio est existimanda; div. Caec. 5. ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; ib. 38. mihi .. videtur periculum fore ..; ib. 46. ut tu tamenali quid esse videare; ib. 48. tantane vobis inopia videor esse amicorum, ut ..? ib. 50. ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignoret, verum esse videatur; Verr. a. pr. 28. ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur; ib. 37. ut haec laus eximiae virtutis ... non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur; ib. I, 56. alii etiam frigidiores erant, sed ... ridiculi videbantur esse; ib. 121. quae non postulata, sed in istum crimina viderentur esse; ib. II, 10. ut mihi semper (haec) Scipionis fore videantur itaque dicantur; ib. 87. hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur; ib. 148. qui tibi inimicissimus esse videbitur; ib. 152. ne forte ea ... omnia ita condita fuisse atque ita abdita latuisse videantur; ib. 181. quantulumcumque videbitur esse; ib. 183. ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videare; ib. III, 4. ut isti ... factis dictisque omnibus ... dissimillimus esse ac semper fuisse videar; ib. 5. quae leviora videntur esse; ib. 7. ut magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne contemptissimi ac despicatissimi esse videamur; ib. 98. quae praetoris praeda esse videatur; ib. 99. quae forsitan vobis parvae esse videantur; ib. IV, 47. ne cui forte neglegens nimium fuisse videatur; ib. 60. ut nihil mihi indignius, nihil minus ferendum esse videatur; ib. 83. unum hoc crimen videtur esse; ib. 88. ut posteris [nostris] monumenta religiosa esse videantur; ib. 98. ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur; ib. 106. ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione ... esse videatur; ib. 109. urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse; ib. 111. ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur; ib. 124. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; ib. 126. quod hoc genus praedandi,

Digitized by Google

quam improbum, quam indignum ... esse videatur; ib. V, 22. quae iucunda videntur esse; ib. 35. ut obscura sua cupiditas esse videatur; ib. 126. ut ne adversarii ... meliore loco esse videantur; Tull. 1. vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur; ib. 2. hic mihi isti singulari ingenio videntur esse; ib. 83. ac mihi quidem .. audax praecipue fuisse videtur Aebutius; Caecin. 2. ut natura, non disciplina consultus esse videatur; ib. 78. ut ei beatissimi esse videantur; imp. Pomp. 13. ut eis nomen regale magnum et sanctum esse videatur; ib. 24. ut is ... facilitate infimis par esse videatur; ib. 41. ne aut invisa dis immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur; ib. 47. an tibi tum imperium hoc esse videbatur, cum ..? ib. 53. ecquam (putatis civitatem) esse locupletem quae istis pacata esse videatur? ib. 67. altera pars ... per mihi brevis et non magnae ... contentionis fore videtur; Cluent. 2. quae mihi ... de communibus invidiae periculis dicenda esse videantur; ib. 8. esse autem subitum divortium, quod solacium malorum omnium fore videbatur; ib. 14. ne haec ipsa nimium multa esse videantur; ib. 41. quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur; ib. 66. utrum esse vobis consilia siccorum an vinolentorum, et utrum cogitata sapientium an optata furiosorum videntur? leg. agr. I, 1. ne vestra ista praeclara lex agraria magis popularis esse videatur; ib. 24. ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur; ib. II, 1. in quo esse locus huic voci non videbatur; ib. 6. ut populares esse videantur; ib. 7. quae cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse ..; ib. 16. ut grati ac memores beneficii esse videantur; ib. 21. ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferundus aut privatus furiosus esse videatur; ib. 32. quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur; ib. 37. magna enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse; ib. 41. ut sibi iam xvir designatus esse videatur; ib. 53. vix iam videtur locus esse qui ..; ib. 59. quibus ad consumendum nihil satis esse videatur; ib. 65. ut esse (coloniae) non oppida, sed propugnacula imperii viderentur; ib. 73. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis; ib. III, 5. quod, quae iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri; Rabir. 1. virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse; ib. 29. utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? Catil. IV, 12. ne remissione poenae crudeles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes ... fuisse videamur ‖ fuisse videamini ‖; ib. 13. nec mihi umquam minus in Q. Pompeio ... virtutis esse visum est quam ..; Muren. 16. ne forte isti parum versuti esse videantur; Flacc. 39. ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae videretur; Sulla 10. quam ob rem qui ex municipiis veniant peregrini tibi esse videantur; ib. 23. adeone vobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum .. esse videor? ib. 83. grave esse videtur eum ... dicere in iudicio; ib. 84. qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum; ib. 87. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut ..? Arch. 30. si solus essem interfectus, mihi turpe, si cum multis, rei publicae funestum fore videbatur; sen. 34. nominis inscriptio tibi num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio? dom. 51. hoc ipsum ... unum et idem videtur esse atque id, quod ..? ib. ut ... non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar; ib. 101. quae voluntas deorum immortalium esse videatur; ib. 107. num quid esse causae videretur quin id signum curiamque Concordiae dedicaret; ib. 130. non dubito quin ea tela ... leviora atque hebetiora esse videantur; har. resp. 2. id semper populo Romano ... satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est; ib. 12. quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur; ib. 18. videbatur ea condicione tam fortis fuisse, ut ..; Sest. 37. quo magis nationis eius esse quam generis videretur; ib. 69. tugurium ut iam videatur esse illa villa; ib. 93. ne mea oratio ... infinita esse videatur; ib. 108. quod tibi commune cum summis viris esse videatur; Vatin. 30. cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Cael. 50. ut *causa* alterius ‖ alterius causa ‖ sceleris suscipiendi fuisse videatur; ib. 56. ut mihi iam verum videatur illud esse; Balb. 3. ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur; Piso 7. cui nimis videtur senatus ... fuisse crudelis; ib. 17. forsitan hoc ... mirabile auditu esse videatur; ib. 32. an malim te videri nullo pudore fuisse in litteris mittendis; ib. 39. te videri pudentiorem fuisse quam soles; ib. sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi praecone ... dignum esse videatur; ib. 62. quod vobis iste tantum modo improbus, crudelis ... esse videtur ‖ videatur ‖; ib. 66. ut illae necessitudinis causae leves esse videantur; Planc. 27. qui mihi in huius periculo reus esse videor; ib. 29. si quid est quod mihi scitum esse videatur; ib. 35. qui .. audierit .. ita neglegens vobis esse videbitur, ut ..; ib. 57. quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur; ib. 74. *ne* non solvendo fuisse, bona denique reus ne *retinere voluisse, ... neve haec ipsa ei causa Bostarem veneno necandi fuisse videretur*; Scaur. c. 2, § 4. ut iam nihil esse videatur nisi divinare sapientis ‖ sapientia ‖; Rab. Post. 1. quia videbatur indignum esse et [domini] morte ipsa tristius; Milo 59. ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii; Marcell. 29. res enim eo spectat, ut ea poena ... non videamini esse contenti; Ligar. 13. quod initium senatus cogendi fore videbatur; Phil. I, 6. homo diserte, ut Mustelae iam esse et Tironi videris ‖ ut Mustelae Tamisio et Tironi Numisio videris ‖; ib. II, 8. citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur; ib. 25. qui magister equitem fuisse tibi viderere; ib. 76. nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes; ib. IV, 11. ut magis exoptatae Kalendae quam serae esse videantur; ib. V, 1. nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse signum videbitur; ib. 26. ne illi brevi tempore nimis multi nobis esse videantur; ib. VII, 18. quod fortasse videatur satis esse, sed in principe civi non est satis; ib. 20. quod honore praemiove dignum esse videatur; ib. VIII, 33. cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina; ib. XIII, 22. ſ. debere; Balb. 5. vincere; Planc. 81.

evenire: ut, quaecumque accidant ... incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur; Verr. IV, 113.

evomere; ne ... libentius haec in illum evomere videar quam verius; Milo 78.

excellere: quae maxime improbitate excellere videbuntur; Verr. I, 68.

excipere: non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ..; leg. agr. II, 61. nec quicquam illis verbis ... esse exceptum videretur; Balb. 33.

Digitized by Google

excitare: ut casu (tempestas) excitata esse videatur; Muren. 36.

excurrere: quod ... excurrere ex Africa, imminere [ita] fructuosissimis insulis || in fructuosissimas insulas || populi Romani videbatur; leg. agr. II, 87.

exercere: ne nimium familiariter inimicitias exercere videare; div. Caec. 13.

exire: quae (pecunia) via modo visa est exire ab isto; Verr. II, 57.

exhaurire: aerarium exhauriri videbatur; Sest. 103.

expiare: ut ... scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum || expetitum || esse videatur; prov. cons. 5.

expilare: ut expilata provincia, vexati socii ... esse videantur; Verr. V, 179.

explorare: quae quidem omnibus ... prospectare iam exsilium atque explorare fugam domini videbatur; Verr. V, 44.

exprobrare: num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugia fortunae, num casus bellicos exprobrare aut obicere videor? Verr. V, 132.

exsistere: ut illa flamma divinitus exstitisse videatur; Verr. IV, 69. ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur; Catil. I, 14.

exspectare: quod maxime exspectari videbatur; Verr. a. pr. 45. etiam nunc mihi exspectare videmini, iudices; ib. V, 10.

exsultare: ut exsultare victoria nobilitatis videretur; Sex. Rosc. 16

facere: ecquid tandem tibi videtur senex ille .. minoris facere Eutychum filium? Sex. Rosc. 46. ut ne plane videaris id facere; ib. 54. ut hoc iudicium non de illorum praeda, sed de huius maleficio fieri videretur; ib. 95. ut ea ... contra vosmet ipsos facere videamini; ib. 104. satis fidei et diligentiae meae, ... satis etiam iudici fecisse videar; Qu. Rosc. 14. videor mihi gratum fecisse Siculis; Verr. II, 16. ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur; ib. 61. qui ... tamen id more potius suo quam merito tuo facere viderentur; ib. 155. ne quid horum ... adventu meo factum esse videatur; ib. 161. si per vim multitudinis factum esse videretur; ib. ut nihil malitiose neque consulto fecisse videatur; ib. 164. ut, quae olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad cludendum factae esse videantur; ib. IV, 124. FECISSE VIDERI pronuntiat; ib. V, 14. ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint; Caecin. 4. ut ... de iure civili iudicium fieri videretur; ib. qui ausus est dicere, FECISSE VIDERI eum; ib. 72. satis mihi multa verba fecisse videor; imp. Pomp. 27. nos autem ... satis facere rei publicae videmur; Catil. I, 2. ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse (illud) videatur; ib. III, 21. iudicium fieri videtur; Flacc. 40. ne gratiae causa facere viderentur; Quir. 11. fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est; Sest. 67. tum tu ipse de te FECISSE VIDERI pronuntiavisti; Piso 97. ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur; Planc. 2. in qua (causa) quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; ib. 5. ut hoc stultissimum [facinus] ... sapienter factum esse videatur; Rab. Post. 24. ne Tubero quod numquam cogitavit facturus fuisse videatur; Ligar. 24. quam ob rem ... mihi videamini ... potestatem nobis ... fecisse dicendi; Phil. III, 13. ne contra senatus consultum fecisse videatur; ib. X, 13. ne quid adrogantius ... facere videatur * || videatur facere; ib. XIII, 13.

fallere: ſ. eripere; Verr. II, 134.

fateri: ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur; Caecin. 27.

ferre: utrum videtur id senatus factum iudicare, an ... moleste graviterque ferre? Cluent. 136. tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse [gratiam] videar; Sulla 47. ut aut praestantissimus vir ... repulsam tulisse videatur aut unus quisque nostrum praeteritus; Phil. XI, 19.

fingere: ſ. dicere; Cael. 55.

flagitare: a quibus etiam tacentibus flagitari videmur; Phil. XIV, 30.

furere: ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur; Verr. IV, 39.

gerere: ut peregrinari in aliena civitate, non ... in tua magistratum gerere videare; Rabir. 28. ut ea virtute, non casu gesta esse videantur; Catil. III, 29. ut ea ... casu ... gesta esse videantur; Sulla 83. ſ. providere; Catil. III, 18.

gignere: ut idem deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur; Phil. XIV, 32.

gloriari: ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum; Flacc. 74. ne nimis gloriari viderer; har. resp. 16.

habere: etiam si quid antea recti aut venusti habere visi essent || visi sint ||; Quinct. 77. quae (navis) ... urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur; Verr. V, 89. ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid ... momenti || in laudatione auctoritatis aliquid ... et momenti || habuisse videatur; Font. 14. homo mea sententia prudentissimus Caecina ... plus mihi animi quam consilii videtur habuisse; Caecin. 22. utrum tandem hoc capite honos haberi homini an invidia quaeri videtur? leg. agr. II, 60. habere videtur ista res iniquitatem; Catil. IV, 7. ne ab ipso ... concessam videamur habere licentiam fingendi; Muren. 20. quantum quisque animi et facultatis habere videatur; Muren. 44. nullam mihi poenam videtur habere id; Piso 95. nec privatos focos nec publicas leges videtur nec libertatis iura cara habere; Phil. XIII, 1.

hiare: utrum ea (domus) patere an hiare ac poscere aliquid videtur? Verr. III, 8.

hortari: hi subito hortari ad pacem ... non sine causa videbantur; Phil. XII, 2.

iacere: videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae; Cael. 5.

ignoscere: ſ. concedere; Verr. V, 126.

imitari: ut haec simulata adeptio || adoptio, al. || filii quam maxime veritatem illam ... imitata esse videatur; dom. 36.

imminere: qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem; dom. 47. ſ. excurrere.

immittere: ſ. emittere.

impedire: NON VIDERI STRENIUM IMPEDIRI EDICTO QUO MINUS EI ROMAE LICERET ESSE; Verr. II, 100.

impendere: multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterquo fatum; Phil. I, 10. ſ. adesse.

imperare: ut aliquando vere videremur ... imperare; imp. Pomp. 56.

impetrare: ut nescio quid a te impetratum esse videatur; Flacc. 83. ſ. efflagitare.

implorare: videturne ipsa res publica .. consulis auxilium implorasse? dom. 12.

imponere: ſ. absterrere.

incidere: in eam fraudem videtur mihi divinitus incidisse; Verr. III, 178. ac mihi quidem ... fatalis quaedam calamitas incidisse videtur et ... occupavisse; Ligar. 17.

incolere: ſ. diligere; Verr. IV, 107.

incurrere: qui nescio quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in consularem ... incurrere;

Digitized by Google

Muren. 57. ut in eum non invasisse, sed incucurrisse videamur; Sest. 14.

indicare: ut non iam aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur; Catil. III, 13.

